¶ Determinat de planetarū ad solē situali respectu et habitudine. s. de ortu et occasu et duo facit. primo nanqꝫ de eo in cōparatiōe ad orizōtē. scdo vero absolute de ortu et occasu eoꝝ eliaco siue solari ibi orientes ortu. Mi dictū est planetā simul cum sole videri nō ꝑmitti: sꝫ eū abesse opꝫ qui nō potest abesse planeta presente: nisi qꝛ vel planeta oriatur ante ortū Solis: et tūc videbitur: vel ꝙ occidat post eūdē: quare eo occasu astrum supra orizōtem videatur. Siquidem ante ortum solis videatur orietalis dicit et matutinus. orientalis quidem qꝛ ante solē ort⁹ videt: et matutinus quia in mane. Et tūc a sole cōtra ordinē signorum minus elongatur. 6. signa ¶ Sed si post solis occasuz videātur occidētales dicunt et vespertini: occidētales quidē quia occidēdo: et vespertini qꝛ in vespe se manifestant: et tūc necessum est ꝙ ab eo distēt min⁹. 6. signa ſm ordinē signoꝝ. ¶ Sed licet in hac parte determinet de planetarū ad solē respectu quia tamen est etiam in habitudine ad orizontem nolo determinatam remanere ortus et occasus astrorum respectu orizontis: imo tam in orizonte recto q̄ȝ obliquo qualiter oriant determinabo. Et primo in sphera recta: cui⁹ orizon cū secet in polis mūdi meridianū et ābo equatorē secādo causāt āgulos rectos: eadē erit determinatio que eorū ortu in orizōte recto et mediatiōe celi. i. motu eorum ad mediū celi et meridianū. Ideo quicq̄d de eorum mediatione celi dicetur: et de ortu et occasu in sphera recta intelligatur astrorum: ita ꝙ mediationē celi cum Alphragano dr̄ia 23. quattuor regulis declaro. Quarum prima ē si planeta vel astrum sit in eclyptica simul mediat celū cū gradu lōgitudinis i quo est: vocat nāqꝫ gradū lōgitudinis punctū eclyptice per quod transit circul⁹ a polis eclyptice ꝑ locū planete p̄teriens. talis nanqꝫ punct⁹ verū locū planete ostendit et distantiā ab initio arietis. pz qꝛ: ex quo planeta et eius gradus longitudinis sunt in vna linea et vn⁹ pūctus: q̄n planeta erit in meridiano vel orizōte recto et gradus etiā. ¶ Secunda regula si astrū sit in principio Cācri vel Capricorni et si habeat latitudinē simul cū suo gradu celū mediabit. pz circul⁹ qui ostēdit locum longitudinis et gradū in hoc casu transibit per polos mūdi. sed qꝛ per eosdē et meridian⁹ transit dict⁹ circulus vnietur cum eo et simul per planetā et eius gradū circulus meridiei transibit. ¶ Tertia regula si planeta extra hec loca sit in medietate q̄ est a pricipio Capricorni ad finē geminoꝝ habeat latitudinē septentrionalē: pri⁹ mediabit celū q̄ȝ grad⁹ eius: pz quia polus septētrionalis est versus occidentē. ergo quicquid v̄sus septētrionē ab eclyptica remouetur est magis versus occidentē et prius veniet in meridianū. At si in eadem medietate declinet versus austrū tardi⁹ q̄ȝ grad⁹ eius celum mediabit: qꝛ polus australis est versus orientem: quare omne versus austrum orietī magis propinquum celū tardi⁹ mediabit. ¶ Quarta regla. Si planeta exn̄s a principio Cācri ad finē sagittarij habeat latitudinē septētrionalē: grad⁹ suus pri⁹ q̄ȝ ipse celum mediabit: pz quia pol⁹ septētrionalis orientē possidet: quare omne quod septētrionale erit orientale et ad meridianum tardius perueniet: ꝙ si latitudinē habuerit meridionalē planeta citi⁹ mediabit celū gradu lōgitudinis: qꝛ pol⁹ antarcticus est occidētalis q̄re et occidētale oē meridionale et in mediū celi citius deueniet. ¶ In obliqua vero ortū et occasum planetarū ꝓportionales. 4. declarāt regule: quarū pria est. In sphera omni obliqua. Si planeta latitudinē non habeat cū gradu suo sit per orit et ꝑ occidit. pꝫ hoc ex prima regula de celi mediatione ¶ Scda regula in parte cui⁹ latitudo vel poli eleuatio minor est. 24. g. q̄tū polus zodiaci a polo mundi est remot⁹ ex quo ibi pol⁹ septētrionalis zodiaci orit et occidit si planeta cū polo oriat: qd̄ esse nō pōt nisi sit a q̄rta q̄ est ab initio libre ad finez vsqꝫ sagittarij simul cū gradu suo longitudinis orit. qd̄ pz qꝛ ex quo tūc planeta est in orizonte simul cum polo dicto: orizon transiēs per polū et astrum transibit etiam per locum astri. Similiter planeta occidēs cum polo: quod nō potest esse nisi sit in quarta q̄ est ab initio capricorni ad

finem vsq; piscium eundem habet gradū longitudinis ꝛ ort⁹. ¶ Tertia regula in eiusdē sphere situ polo septentrionali existente sub orizonte planeta septētrionalis oritur post gradum ei⁹ ꝛ occidit ante: quod patet: qꝛ cum pol⁹ septētrionalis sit sub terra: q̄to aliq̄d ei vicinat̄ ꝛ septētrionale magis fit: tanto magis fit sub orizonte: quare tardius orit̄ ꝛ citius occidit. E contra eo casu australis orit̄ ante ꝛ occidit post: qꝛ pol⁹ australis oppositis erit supra orizonte: quare q̄to planeta ad eū appropīquat magis: tātomagis eleuat⁹ supra terrā citius ortū ꝛ occasum inuenit tardi⁹. ¶ Quarta regula in sphera eadem polo ꝑnoīato supra orizōte existēte: septentrionalis planeta orit̄ aū ꝛ occidit post gradū longitudinis eius. pꝫ qꝛ pol⁹ est supra terrā: q̄to ei planeta magis appropinquat tanto magis eleuat⁹ supra orizontē citius ortū ꝛ occasum tardi⁹ petit. Et oppositū planeta meridionalis quia polus antarctic⁹ tūc est sub terra magis depressus est: quare tardi⁹ orit̄ ꝛ occasum citi⁹ q̄rit. ¶ In sphera ꝑo obliqua cui⁹ latitudo maior ē q̄ .24. gradib⁹ oēs stelle septētrionales oriunt̄ ante q̄ grad⁹ ꝛ occidunt post: pꝫ qꝛ septētrionalis pol⁹ sēꝑ eleuat⁹ est supra terrā. qꝛ q̄tomagis ei appropinquāt stelle: tāto altiores ascendūt citius ꝛ tardius descendūt. E conuerso australes stelle tardius oriunt̄ ꝛ occidūt citius q̄ gradus: pꝫ quia pol⁹ meridionalis nunq̄ orit̄. quare ei propinqua sydera magis depssa eleuationē tardiorem ꝛ citā petunt. sub orizōte depssionē. ¶ Secunda regula planeta existēs in Cancri vel Capricorni pīcipio. si septentrionalē habeat declinationē: tāto tpe oritur ante gradū sue longitudinis q̄to post eū occidit. pꝫ qꝛ ex quo silis stella in sphera recta simul orit̄ et occidit cum gradu suo. ꝛ orizon declinis equalr̄ deprimat̄ ab recto tam versus orientem q̄ occidentē: tempora quo superat in ortu: ꝛ sequit̄ in occasu equabuntur. Et ratione eadē ꝑ oppositū tamē australis stella in eisdē locis constituta: tāto tēpore post gradū orietur q̄to eum ante occidet: quia orizō obliquus equaliter eleuat̄ tam versus oriētem q̄ occidentem ex sphera recta versus austrum. ¶ Tertia regula si planeta sit in zodiaci medietate que est ab initio Capricorni ad finē vsq; geminoꝝ: maior diuersitas est inter planetā ꝛ gradū in ortu q̄ in occasu: in vtraq; latitudine: hoc est planeta septentrionalis multo tpe oritur ante gradū q̄ occidat post. Et australis lōgiori tēpore orit̄ post gradū q̄ ipsū aū occidat. Q̄d et pꝫ per declarata de mediatione celi. ꝛ maxīa huiusmodi diuersitas accidit: si planeta sit in fine piscium ꝛ initio arietis. ¶ Quarta regula planeta exūs in medietate zodiaci q̄ est ab initio cancri ad terminū Sagittarij maior est diuersitas inter occasum eius ꝛ gradū q̄ inter ortus ābo-rum eiusq; latitudinis: hoc est planeta septētrionalis longiori tpe occidit post gradū q̄ aū ipm oriat̄. ꝛ australis lōgiori tpe occidit anteq̄ oriatur post: maius nāq; temp⁹ intercipitur inter eorū occasus q̄ ortus. Que oīa lōgiori oratiōe nō declaro cum sphera materiali sole clarius patescant: si q̄s in ea parū sit instructus. ¶ Et nota q̄ q̄cunq; dicta sunt de stellis errantib⁹ et de fixis etiam astris verificantur in sphera vtraq; quātunq; habuerint latitudinē: q̄ si nō habeāt cū gradu logitudinis simul eorū quodlibet orit̄ occidit mediatq; celū. Et regule he Alphragani breuiter ꝛ intrincate enarrare bene notent̄: qꝛ vniuersales sūt ad sciētiā ortuū ꝛ occasū astrorum latitudinē habētium maxime deseruiētes.

Deinde cum dicit.

Oriētes ortu matutino sunt q̄ de sub radijs exeūtes ꝑpter remotionē eorum a sole vel solis ab eis mane ante ortū solis apparere incipiunt. Oriētes ortu vespertino sunt qui de sub radijs exeūtes propter remotionē eorum a sole vesperi post solis occasum apparere incipiūt. Occidētes occasu matutino sunt qui radios solis ingrediūtur ꝛ propter accessum eorum ad solē mane occultari incipiunt. Occidentes autem occasu vespertino sunt qui solis radios ingrediunt̄ ꝛ propter accessum eorum ad solē aut solis ad eos vesperi post solis occasū incipiunt occultari: tres superiores non occidunt occasu matutino: nec oriūtur ortu vespertino. sed Venus et Mercuri⁹ atq; Luna.

¶ Planetaꝝ ortus ꝛ occasus elyacos siue solares ꝯñter prosequit̄ determinare. Ex quo nāq; supra claruit iūctos planetas cū sole lumie priuatos esse ꝛ nō videri. iō occasos occasu elyaco i. solari ab eo ꝑo remotos luie auctos videri et ortos eē ortu elyaco ꝛ solari. qū planeta iūctus est sole ꝛ ꝯñter occasus si a sole elongat⁹ in mane videri incipiat. oriens dicitur ortu matutino: oriēs quidem quia a sole remouet̄: et videbitur ortu matutino quia in mane in orizonte ante solem ortū nobis se ostendit. Remouetur planeta a sole dupliciter: vel qꝛ eo iūct⁹ velocior ab illo elongat̄: vt Ven⁹ ꝛ Mercuri⁹ regrediēdo: et iō




dixit propter remotionē eorum a sole: vel q̄a sic tardior sole ⁊ sol ab eo elōgatur. ⁊ ideo addidit vel propter remotionem solis ab eis: vt a Saturno/Joue/Marte. Exempli causa in presenti figura cuius orizon est a b: in puncto a Venus ⁊ Mercurius sint coniuncti cum sole. qui retrogradantes perueniāt in c: quare cum orient᷑ ante solem mane versus orientē inciperent videri per remotionem eoꝝ a sole. Sed si tres superiores cum eodē in a: sint vniti. deinde q: sol velocius mouetur in b: perueniet illi prius ortum habebūt sole: ⁊ mane videbunt᷑ ⁊ ortu matutino per remotionem solis ab eis orient᷑. Sed quereres nonne tres superiores etiā regrediēdo a sole elōgari possunt: vt verbigra. si coniunctio eoꝝ fiat in a: possunt regredi in c: quare fient orientes ortu matutino nō tm̄ per remotionē solis ab eis: immo etiā eorum a sole: vt Venus: ⁊ Mercurius. Dico q̄ cū tres superiores coniūgunt᷑ soli: sunt in parte superiori epyciclorū eorum semper: vt ex eorū theorica liquet: nūq̄ retrogradi possunt esse immo velocissimi sunt ſm ordinē signorū: quare non possunt retrogradari ⁊ a sole remoueri in illo casu. Venus aūt ⁊ Mercurius: q: soli per directionem ⁊ regressionē vniri possūt: ⁊ eo sunt motu velociores vt bene dicit Alphraganus ab eo elongari possunt versus occidentē: et oriri vt dictū est. ¶ At si planeta soli coniūct⁹ q: velocior eo ab illo versus orientem separetur ⁊ pariter sole occasu remaneant supra orizontem ⁊ de sero videantur: oriens ortu elyaco ortu vespertino. q: in vespere apparet et huiusmodi sūt tres inferiores Luna/Mer. Ve. directi qui sole velociores sunt: quare ab eo remouentur: exēpli causa in eadem figura Venus/Mercu. ⁊ Luna: cum sole in occidente b: cōiungunt᷑. qui post in e: motu proprio ferentur. q: velociores: in sero post occasum solis et supra orizonte remanētes videbuntur. Nec dixit vel ꝓpter remotionē solis ab eis. q: nunq̄ is retrogradat᷑ neq̄ ad occidentē mouet᷑ ꝓprio motu. ¶ Sed si planeta remotus a sole ⁊ ortus quia velocior sole ei iungatur ⁊ occidat: cum prius mane videret᷑. et tūc desinat apparere. occidens elyace dicit᷑ occasu matutino: cuiusmodi sunt Luna: Mercu. Ve. ꝑ. q̄ sint prefati in c: sole in a: morante mane videbuntur. q: autem veloces sunt in a: ferent᷑: et iūcti desinent videri mane. hoc est amittūt quā mane habebant visionem. vt lunā ante coniunctionem de mane videmus. ¶ Si vero planeta appareat in vespere. deīde quia soli iungat᷑ de vespere desinit videri: occidens dicitur occasu vespertino: hoc est q: in vespe amittit visionē quā tūc habebat. Planetas aūt a sole distātes ei cōiungi dupl'r contingit: vel q: velociores ad eum moueant᷑. vt Ve. ⁊ Mer. regredie͂tes. et iō dixit ꝓpter accessū eoꝝ ad solem: vel quia sint tardiores ⁊ ab eis sol elongat᷑. vt sunt superiores Saturnus/Jupiter/⁊ Mars. ⁊ ideo subiungit aut Sol ad eos. Exēpli grā sole in b: existe͂te: sit venus ⁊ mercuri⁹ in e: in sero post occasū solis visi q̄ regredientes in b: delati desinant videri ⁊ occidant. Si'r tres supiores in e: in sero apparent sol aūt exīs in b: eos occultat ⁊ abscondat ꝑ accessum solis ad eos: occidēt elyace. Quare patz tres superiores oriri tm̄ ortu matutino ⁊ occidi occasu eiū vespertino: luna vero econtra oriri tm̄ ortu vespertino in sero nanq̄ post coniunctionē apparet. ⁊ occidit tm̄ occasu matutino quum in mane videat᷑ ante cōiunctionē. Venerem/Mercurium/vtroq̄ modo ⁊ oriri: ⁊ occidi notum est. ¶ Notādū est aūt q̄ ⁊ si dictū sit planetas elyace oriri ⁊ occidi tā matutine q̄ vespertine: non tm̄ excludit᷑ stellas fixas etiā hoc modo oriri ⁊ occidi immo stelle tales que sunt ꝓpe signiferum q: tardiores sunt sole ortu matutino oriunt᷑. occiduntq̄ vespertino occasu ceu ⁊ tres planete superiores: ⁊ denique in oibus dictis cū h' s ille cōmunicant. At stellarū fixaꝝ a zodiaco multum distantiū ortus ⁊ occasus variant᷑ ⁊ diuersi sunt ab illis triū superioꝝ. Et ideo ex sententia Alphragani dīa. 24. tribus regulis eos notificabo. Quarum prima est stelle fixe qua polo mundi aquilonari magis appropinquat q̄ sit eleuatio eiusdē poli in regione illa nunq̄ sub orizōte demergunt᷑: sed ante ortū solis videntur. ⁊ post occasum eiusdem sil'r. Quare a sole neq̄ in mane neq̄ in vespere abscondunt᷑: ⁊ consequēter nū q̄ elyace occidūt. Stelle vero que polo meridiano tm̄ vicinant᷑ q̄tum pol⁹ ille sub orizōte com pressus est. nunq̄ supra orizōtem eleuant᷑: neq̄ supra terram apparent. Quare neq̄ elyace oriri possunt: imo semꝑ in occasu remanēt. ¶ Secunda regula ꝑdicte stelle a zodiaco elōgate iō si coniuncte ſm lōgitudinē si latitudinē habeāt septentrionalem: neq̄ occasu matutino neq̄ vespertino occidunt. immo orte sunt ortu vtroq̄: patet quia oriuntur ante solem quare elyacū habent ortum matutinum. ⁊ occidunt post eūdem quare vident᷑ in vespere ⁊ ortum habent vespertinum. Oppositū autem audiēdū est de stellis australem habentibus latitudinem. quia occasu vtroq̄ occase sunt. nam quia oriuntur post solē: vt per predicta notum est matutinū habent occasum. ⁊ quia ante eum occidunt occasum retinent vespertinum. ¶ Tertia regula sole iūcto cū gradu occasus cuiusq̄ eorum: illa occidit occasu vespertino: ⁊ separato seu elongato a gradu ortus oritur ortu matutino. sicut tres superiores q̄n iungunt᷑ cū eodē per gradū longitudinis vel remoti sunt. ⁊ voco gradū ortus alicui⁹ astri pūctum eclyptice orient᷑ cum illa stella. ⁊ sil'r gradum occasus eiusdē punctum occidentem quādo occidit. Q̄d patz. q: sol si sit sil'r cū gradu occasus occidit cū gradu et cū stella q̄re stella q̄ prius in vespere videbatur desinit apparere: et elyace occidit occasu vespertino. Similiter eodem separato a gradu ortus versus orientem: orietur prius eo stella ⁊ gradus. quare in mane incipiet videri ⁊ ortu orietur matutino.

Deinde cum dicit.


Triplex aūt est ratio cur luna post cōiunctionem suam cum sole quādoq̄ citius quādoq̄ tardi⁹ appareat. Una declinatio siue obliquitas zodiaci ⁊ orizōtis. Nā si fit coniunctio sub eclyptica in medietate tamen a fine Sagittarij ad finem geminorum. tunc cum sol occidendo in orizōte fuerit. plures gradus erūt

in circulo reuolutiõis lune a luna ad ori zontem q̃ de zodiaco a luna ad solem. Unde in climatibus septentrionalibus citius videri poterit q̃ si fuisset in altera zodiaci medietate. Secũda est latitudo lune ab eclyptica. Nã si post coniunctionem mouet in latitudinem septentrionalem iterũ citi⁹ videri poterit q̃ si moueretur in latitudinem meridianam Tertia vero est velocitas mot⁹ lune veri. Nam si velox est motu citius apparet q̃ si tarda foret. Fit igit̃ qñq; vt omnes he cause concurrant: tunc eodẽ die ꝛ vetus ꝛ noua apparet: quandoq; autẽ due tñ: tunc secunda die post coniũctionem: quãdoq; vero vna sola: tunc in tertio die videtur: quandoq; etiam omniũ eoꝝ oppositum accidit: tunc quarto die contingit eam apparere.

¶ Ex dictis infert cãm cuiusdã apparẽtie. Dictum est enim astrũ post coniunctionẽ cum sole ab eo elongari ꝛ lumine auctũ oriri elyace: posset aliquis querere quare est q̃ luna post cõiunctionem quandoq; citius vt in primo vel secundo die: qñq; vero tardius vt in tertio vel quarto orit̃ elyace ꝛ videt̃. Et soluẽs hoc ꝓbleuma reddit tres cãs. Quarum prima est obliquitas zodiaci et orizontis quare signa aliqua oblique ꝛ aliqua directe ascẽdunt: sĩr ꝛ descendunt. vnde non sufficit ad hoc vt astrum possit videri q̃ ab eo sit remotum: immo supra orizontẽ debitã eleuationẽ quam postea dicã debet habere. Et quia cum sit coniunctio luminarium in ea zodiaci medietate que est ab initio Capricorni ad finem vsq; geminorũ directe videlicet descendente precipue in piscibus ꝛ ariete. Quorũ descensiones maxime sunt in sphera obliqua. tunc luna magis erit supra orizontem occidẽtalem eleuatam ꝛ distans q̃ a sole propter descensum directum eius medietatis: quadere tũc etiam habebit apparitionem. Et hoc innuit quãdo dicit q̃ luna a sole occaso separata. ita q̃ erit eleuata supra orizontẽ quod plures gradus erunt in circulo reuolutiõis lune. i. in circulo causato ab ipsa luna motu pri. mobilis vna reuolutione cõpleta de ipso ergo plures grad⁹ erũt a luna ad orizõtem q̃ ab eadem ad solẽ de zodiaco. Et q: quãto clima est septẽtrionalius tãto minorat̃ reuolutionis circul⁹ ab ea ad orizontẽ ꝓpter augmẽtum descẽsionis dicte medietatis. ideo in climatibus septentrionalibus citius apparebit. Quõ si ꝑdicta cõiũctio fieret in reliqua medietate ab initio cancri ad finẽ Sagittarij q: ea obliquã hꝫ descensionem: ab orizõte parum eleuata erit luna. ꝛ consequẽter de circulo reuolutionis a luna ad orizontẽ pauciores erunt gradus q̃ de zodiaco a luna ad solem tardi⁹ post cõiunctionẽ luna elyace orit̃. Et lꝫ in materiali sphera luce clarius hoc declaret̃: figura tamen plana. ita ostendi põt: vt si polus arctic⁹ a: obliquus orizon b c d e: zodiacus b f. fiat ꝯiunctio in b: initio arietis a quo luna in f. principiũ tauri ferat̃. Circul⁹ reuolutionis ei⁹ erit f c: equidistãs polo a: hoc est luna existens in f: occidet in puncto c: ꝛ manifestũ est arcum f c: ab orizontis depressione in c: esse maiorem distantia lune a sole f b: cum igit̃ ea multũ sit eleuata a loco ei⁹ occasus c: cito videbitur: ꝛ tanto citius q̃to orizon in e: magis deprimit̃: q̃d accidit in loco septentrionali magis.



At in alia figura si prefata ꝯiunctio fiat principio libre deinde luna moueatur in f: initiũ Scorpionis: circulus reuolutionis lune ab ea ad occidendi locum f c: qui minor distantia eius a sole arcu f b: q̃re luna cũ parũ ab orizonte sit eleuata nõ videbit̃: ꝛ sic q̃ sit remotio a sole hic et in exẽplo priori: citius tñ videbitur post coniunctionem factam in signis directe descẽsionis q̃ oblique. q: ibi ab orizonte eleuat̃ magis q̃ hic.



¶ Et hac ratiõe Alphraganus dfia. 25. aliam saluat apparentiam. videm⁹ nanq; qñq; post cõiunctionem lunam cornutam habere cornua eleuata versus zenith capitũ: qñq; vero cornua hꝫ reflexa alterũ versus zenit ꝛ reliquũ versus orizõtẽ. Nõ primũ est q: cõiunctio facta ẽ in signis ascensionum rectarum: vnde dicat circulũ signo

rum ibi eẽ directũ .i. directe descendentem: q̃re ꝑs luces magis grossa lune erit versus orizõtẽ ⁊ solẽ: ⁊ cornua eleuata versus zẽith g: vt patz in pria figura: in q̃ qꝛ sol ẽ in d: luna in f: partem mediã versus d: ⁊ cornua versus g: zẽith verget. Nõ vero scḋi ẽ qꝛ cõiunctio facta ẽ in signis oblique descẽdẽtibꝰ: ⁊ qꝛ ꝑs grossa lune existentis in f: versus solẽ i d: vergit oꝫ: quia inde illuminatur cornuũ alterũ versus g: zẽith reliquũ vero versus e: orizõtẽ erit situatũ: qꝛ i orizõte zodiacus obliq̃ ⁊ reflexe situabit. Oĩa hec que dicta sunt spericũ instrumẽtũ clarissime demõstrat: ideo in huiꝰ declaratiõe sermonẽ nõ extẽdo. Et sic ꝓbleumatis prepositi cã ꝑma explicata est. ¶ Scḋa causa est si luna i latitudie sit vel moueat septẽtrionali citiꝰ oriet elyace q̃ si australẽ haberet. Et cã ẽ qꝛ magis versus septẽtrionẽ orizon obliquus magis sub recto depĩmit ⁊ versus austrũ magis eleuat: quare quãto luna magis septẽtrionalis est tanto reuolutionis circulus ab ea ad orizontẽ maior ẽ. ⁊ q̃to australior tãto idẽ circulus minor: vt sphera optime manifestat. q̃re si cõiũctio sit in capite: in q̃ luna acquirit septẽtrionalẽ latitudinẽ videbit citiꝰ q̃ si in cauda ĩqua incipit austrinã adipisci latitudinem. ¶ Tertia causa est velocitas motus veri lune vel tarditas: qñ nanqꜫ velox est ꝑuo tp̃e elõgata sole elõgatione ad hoc vt videat sufficiẽte: ⁊ qñ tarda in multo tempore eandẽ acquiret elõgationẽ aut equalẽ: qñ ergo post ꝯiũctionem velox ẽ citca erit in ortu elyaco: aũt qñ tarda videbit ⁊ tarde vñ aliqñ ꝯcurrũt oẽs. 3. cause dicte. s. ꝙ sit cõiunctio verbigra in principio arietis scḋo ꝙ sit ab eclyptica maxime distãs ⁊ tertio ꝙ velociter moueat. 15. gradibus in die ⁊ tũc die eodẽ post ꝯiũctionẽ apparebit. i. infra numerũ horarũ. 24. ¶ Et nota ꝙ textus ẽ corruptus cũ dicat eodẽ die vetꝰ ⁊ noua apparebit Quod verũ non est: quũ luna vetus. i. ante ꝯiũctionem videat in oriente ⁊ cũ suppositũ sit esse in signis directe descẽsionis erit oblique ascensionis: vt ex principijs astronomie de ortu ⁊ occasu signorum presuppono: quare circulus reuolutionis lune ab ea ad orizõtẽ minor erit q̃ ab ea ad solem de zodiaco. non igitur eodem die videbitur in mane in oriente: ⁊ in vespere in occidente. Etiã si per possibile in mane ante coniunctionem esset in signo recte ascẽdente vt in libra ⁊ in vespere post coniunctionem in signo descẽsionis recte vt in ariete: nõ posset in tã breui spatio temporis videri ante coniunctionem ⁊ post Quare iudico litteram vt iacet saluari nõ posse nisi intelligatur eodem die idest i spacio 24. horarum vetus existẽs ⁊ noua apparet. s. in vespere. Et hoc ꝯuenit dicto Alphagrani differentia 25. vbi posita ptis cã inq̃t si coniunctio fiat ĩ signis ꝓlixarum ascensionũ in circulo recto: vt sunt gemini cancer sagittarius capricornus: et fuerit luna in cursu velox ⁊ latitudo septẽtrionalis a circulo signorũ erit vt videat in fine mẽsis. s. lunaris mane in oriẽte postea videat ĩ crastino bicornis in vespere: nõ igitur eodẽ die noua ⁊ vetꝰ apparet. imo vetꝰ ĩ mane ⁊ noua ĩ vespere alterius diei. Sed qñ harũ causarũ q̃cũqꜫ sint due tñ cõcurrent nõ eodem die orietur sed secundo. Si vero vnica accidat tertio die si omnium contingat oppositum quarto videbit die. ¶ Aduertendum est autem ꝺm Alphagranũ capitulo allegato ꝙ ceteris paribus post coniũctionem ad hoc vt luna videat sole occaso oportet habere circiter 12. gradus ab orizonte altitudinis: sed si fiat coniunctio in signis velocis descensionis cũ minori hac apparebit. ⁊ maiorem reqret si fiat in signis descensiõis tarde: cuiꝰ ratio est. Si luna sit in signis descensionis obliq̃: ad hoc vt habeat altitudinẽ dictam a loco eius occasus opꝫ vt a sole multũ sit elongata: ⁊ ꝯñt vt supra patuit multũ illuminata et scḋm magnam partem. Quare exꝰ magna pars illuminata aget vt cõspiciat ex minori altitudĩe. Quãdo vero ẽ in signis directe descendẽtibꝰ ad hoc vt. 12. graduũ habeat eleuationem non requirit magna distantiã a sole: immo modica sufficiẽs est: q̃re tũc parũ luminis habebit: iõ non videbitur nisi defectꝰ luminis augmento altitudinis suppleat. Et hac cã quandoqꜫ post coniunctionẽ parũ eleuata ⁊ multi luminis videtur: q̃nqꜫ vero multũ eleuata: ⁊ modici apparet luminis ꝑmi cã est qꝛ ẽ in signis obliquarum descensionũ in q̃bꝰ existens parũ ab orizõte ⁊ a sole multũ elõgata erit: iõ plena videbit lumine. secundi ṽo causa est: quia est in signis rectarũ descẽsionũ: in quibus luna existens ab orizõte eleuata ⁊ a sole modicũ distans. ideo luminis erit diminuta. ¶ Scḋo est notandũ ꝙ illud quod dictum est de cita seu tarda lune post coniunctionẽ apparẽtia intelligendum ẽ etiam de eius cita vel tarda apparitiõis desinitione in oriente ante cõiunctionẽ. Nam cum ante cõiũctionem in oriente videat si fiat huiusmodi cõiunctio in medietate signiferi / q̃ est ab initio cancri ad finẽ vsqꜫ sagittarij: signis videlicet directe ascendẽtibꝰ / qꝛ maior est portio circuli reuolutionis lune ab ea ad orizontem q̃ de zodiaco ab eadem vsqꜫ ad solẽ: tardius ante cõiunctionẽ desinet videri: ⁊ parũ ante coniunctionez videbit q̃ si in reliq̃ medietate acciderit: cuius qꝛ signa obliq̃ ascendunt cause hec cõtrario modo se habebit: secundo si luna latitudine habeat septẽtrionalẽ: propter causam proportionalez tardiꝰ videri desinet q̃ si meridianã. Et tertio si motꝰ sit velocis vt ẽs claruit quare sit quandoqꜫ prima die ante coniunctionem. q̃nqꜫ secundo desinet videri. ⁊ aliqñ tertio: ⁊ q̃rto. elyacũ occasuz adipiscet: ꝑꝑ concursum plurimum harum causaru vel pauciorum. ¶ Tertio est notandũ ꝺm Alphagranũ differentia 26. Quod non tantũ luna post coniunctionem quoqꜫ tardius: ⁊ quandoqꜫ velocius apparet e ante coniunctionẽ tardius ⁊ citius desinit videri: imo etiam alij q̃nqꜫ planete hanc habent diuersitatem. Tres nãqꜫ supremi planete ꝓpter duas tm̃ causas. post coniunctionẽ ĩ oriente citꝰ apparẽt. pria quãs coniũctio facta ẽ in signis directe orientibꝰ et tarde videntꝰ: qñ facta est in signis obliquarũ ascẽsionum. Et ita proportionaliter in occidente cito vel tarde possunt apparitionẽ omittere. scḋa si latitudinem habeãt borealem: citius oriunt elyace. ⁊ si meridianã tardiꝰ ⁊ de occasu suo modo itelligat. Tertia ṽo causa velocitas. scꝫ mo

tus: in eis locū non reperit: quia semper ppe cōiūctionem sūt in suprema pte epi. eorū. ⁊ directi nūq̄ cū tarde mouent eo casu nisi tarditatē habeāt ⁊ velocitatē eū ecccētrici: que quia insensibilia ē non facit variationem. ❡ Uenus autē ⁊ Mercurius tardi⁹ ⁊ veloci⁹ oriri possunt eiȝ atq; silr ⁊ occidi ob duas dictas causas: ⁊ vltra pter tertiā. Nam ex quo soli cōiūgi possunt directi ⁊ retrogradi: si qdē directi quia mouentur ad partē eādem ad quam ⁊ sol. modicum ab eo elongant: quare tardius oriunt. At si regrediātur: quia sol sm ordinem signorū ⁊ ipsi contra elongatio geminat: quare velocius oriuntur oriens igitur eorum matutinus ceteris existētib⁹ equalibus: qz est post regressionē citi⁹ fit q̄ vespertin⁹ q̄ pgressionē sequtur eoꝝ. Et eadē rōne occasus vespertin⁹ tardi⁹ fit q̄ occas⁹ matutin⁹.

Deinde cum dicit.

Aspectus planetarum trinus est cū per tertiā partē. Quadratus cum per quartam. sextilis vero cū per sextā eclyptice partem eorum vera loca distiterit. Cōiunctio media planetarum fit quādo linee mediorum motuum eorum secūdū lōgitudinem zodiaci coniungunt. Uera autem quādo linee verorum motuū sic conueniunt. Sed visibilis quando linee ab oculo nostro per centra corporū suorū educte coniunguntur in vnū. Similiter de oppositione media ⁊ vera dicendum. Et attenduntur he in eiusdem signo gradu ⁊ minuto.

Postq̄ in pcedēti pte de passionibus planetaꝝ seu de respectibus eoꝝ ad solē determinationē perficit: nunc de eorunde passionibus q̄ per eorum habitudinem ⁊ respectum diuersū adinuicē causant psequitur. he nanq; sunt aspect⁹: ex diuerso nanq; situ et habitudine cuiusq; planete ad quēcunq; aspecto fit. Circa que duo agit primo nanq; de aspectibus determinat. secundo vero ex his infert correlarium ibi. Ex isto patet. ❡ Pro prime partis clariori noticia ē aduertendum q̄ aspectus planetarum est eorum habitudo ⁊ distantia in circuli diuersis partib⁹ quib⁹ adinuicē virtutes ⁊ influētias cōmunicare possūt. Ex isto modo, aspectus acceptiōis cōiūctio nō erit aspectus ex quo non est distantia planetaꝝ: nisi largiori mō accipiat pro oī habitudine qua planeta alteri influentia suam largiri poterit. Accipiēdo igit cōmuniter aspectum quinq; erūt. s. ꝯiūctio: sextilis: quart⁹: trin⁹: oppositio strictiori tamē mō tm̄ quattuor psternt erūt dēpta ꝯiūctiōe ceu rationib⁹ patebit: siquidē prius eoruȝ clareat manifestatio. Cōiunctio igit planetaꝝ que sm lōgitudinē zodiaci accipit ē eoꝝ coitio i eodē signo signi gra. ⁊ minuto vñ quēcūq; circul⁹ magn⁹ trāsiens p polos eclyptice trāsitat quoq; p vtriusq; planete verū locū, cōiūcti erūt planeta sm longitudinem nam quia hmōi semicirculus ab initio arietis eqdistat ⁊ dictorum planetarum loca ab eodē equaliter remouebunt: equalis erūt igitur lōgitudinis et cōsequenter cōiuncti: q̄ si linea exiens a centro terre transeat p vtriusq; planete centruȝ sm lōgitudinē erunt coniuncti ⁊ latitudinē: qz a principio arietis ⁊ ab eclyptica distantiā habebunt equalē immo eandem. ❡ Aspectus vero sext⁹ ē distātia planetarū p sextam circuli portionem: q̄ signa duo continet vel gra. 60. vt pñcipiū arietis principiū: aspicit geminorū hmōi aspectu. Quadratus vero aspect⁹ est aspicientiū se distantia p quartam circuli. 3. videlȝ signa seu gradus. 90. vt initium arietis principiū cancri quarto aspicit aspectu. ❡ Trinus autē aspectus est eorum distātiam tertia circuli parte scȝ quattuor signis seu qḋ idē est gradib⁹. 120. vñ principiū arietis aspicit principiū leonis de trino aspectu. Opposito vero est distantia p semicirculū duorū locoꝝ que diametraliter opponūtur: si nāq; ab altero oppositorum locoꝝ ad reliquū recta producatur linea: per centrum trāsibit circuli ⁊ erit diameter: iō que duo dicta loca opposita termini sunt diametri: diametraliter opposita dicta sunt. Et distant opposito loca 6 signis seu. 180 gra. ❡ Hȝ autem veri aspectus quia de coniunctione ambigendū nō ē: siqdem planete adinuicem se agunt spiritualiter distantes quanto magis cōiuncti sint hi quattuor dicti ⁊ non plures. experimēto tanq̄ potissima rōne, confirmat. cum nanq; ex dictis liquet sit aspectus talis habitudo situs quo se aspicientia possint influentias cōicari: ⁊ tm̄ huiusmodi distantijs astris ad se inuicē elongatis hec igitur vt diuturna antiquorum docuit experientia: tm̄ nanq; signis duobus vel tribus seu. 4. vel medietate circuli astra ad se inuicē elongata ieo eum virtute adinuicem largiunt: et non vnico signo seu quinto vt experientia comprobauit. Quattuor tm̄ prefatos esse aspectus ⁊ non plures concluserunt. ❡ At si rōne aliqua probabili hoc poterit conuinci Ptho. prior q̄dripartiti capi 14. binas exponam. Quarū primam acceptam dicit esse ex conuenientia ptium ad totū. Per se nanq; manifestum ē opposita loca eo q̄ terminant diametrum se aspiciunt ⁊ planete in dictis locis oppositi sunt q̄ sex signia sunt elōgati. Cuius elongationis partes si capiant aspectus reliqui causabuntur. vt si medietas scȝ tria signa quia quarta circuli quadratus. Et si tertia pars eiusdem medietatis scȝ duo signa ex quo sexta eiusdem aspectus sextus resurget Qui si duplex exurgētibus. 4. signis tertia circuli trinū aspectum produci nemini dubium est Et partibus igitur aspect⁹ oppositi reliq tres geminantur: ⁊ ideo dicit esse hanc rationem acceptam ex conuenientia partiū ad totū ❡ Secunda ratio eiusdem ex conuenientia totius et partis est q̄ si aspectum quadratum capiamus tria signa continentem ⁊ ad partem eius sexq̄altera proportione excedentem comparemus: sext⁹ aspectus fiet: pars nanq; ad quā tris i proportiōe se habet sexquialtera sunt duo signa: q̄ cum sint sexta circuli sextilem reddent aspectū Et hec est comparatio partis ad totum. At si

ad aspectum eundē quartum tria signa continē
tem ad totum quod se habet ad eum in propor-
tione sexquitertia comparemus trinus cōsurget
aspect⁹: totū nāqз quod ad tria ī sexquitertia se
habet proportione sūt quattuor signa tertia ꝑs
circuli aspectum reddentia trinū. Et hec com-
paratio est totius ad partē. Similiter si eidem
totū qđ excedit eum proportione dupla velle-
mus comparare oppositio eueniet. ¶ Opposi-
tio nāqз sex habet signorum distātiam: q̄ duplā
habet proportionem ad tria signa quartū aspe-
ctū facientia: ꝛ hec iterum comparatio est toti⁹
ad partem: ꝛ ideo dixit ꝙ ratio erat ex conueni-
entia totius accepta ꝛ partis. ¶ Ego autē ni-
chil rationibus Ptho. obyciens. Quū non au-
sim tāti viri nomini oppugnare. eo magis ꝙ ꝓ-
babiles ꝛ non demōstratiuas facit tertiam con
uincentem magis aspectus tantuз quattuor eē
adducā: aspectus nāqз cum distantie sit ꝭm par
tes zodiaci aliquotas: vt eorum demonstrat de
nominatio: quot idem circul⁹ aliquotas seu to-
tū mensurabiles ptes hз tot esse aspectus cōue
nit affirmare. At quia .12. signorum tm̄ quattu-
or sunt numeri ptes aliquote: ꝛ ipsum redden-
tes accepte multotiens. hn̄t nanqз partē sextaз
duo scз signa que aspectum sextilem reddunt: ꝛ
ideo dicitur sextilis: quia sextā tenet circuli par
tem. Et quartam partem tria signa: ex quibus
quadratus fit aspectus: qui ꝛ quartus dictus ē
ea de causa: quia quartam cōtinet zodiaci por-
tionem. Et tertiam ptem videlicet quattuor si
gna trinum facientis aspectum: qui ita dict⁹ est
quia tertiam amplectitur partē: vltimo medie-
tatē sex signa: cui⁹ quia extrema diametraliter
opponunt oppositio seu opposit⁹ aspect⁹ nomi
natus est: quum igit .12. alias non habeat ptes
aliquotas: his non erunt plures aspectus pre-
dicta. Distātia nāqз .5. signoꝝ nō est aspectus
q: quinqз non sunt ps aliquota .12. nec distantia
vnū signum: q: vnum non est numerus: sed nu-
meri pncipium. Quare nō ꝓpie dicitur ps .12.
imino principium partis tanto magis q: omnē
numerū mensurat nec mensuratione numerū a
numero distinguit. ¶ Secūdo est notandū ꝙ
aspectus i tribus locis vel tripliciter accipi pōt
pmo in zodiaco: vn̄ quando predicte distantie in
zodiaco accipiant duo signa pro sextili: tria pro
q̄drato: quattuor ꝓ trino: ꝛ sex pro oppositione
prim⁹ modus habetur aspect⁹. ¶ Scđo mō ac
cipitur in eq̄noctiali: quando nanqз planete vel
alia se aspicientia i zodiaci locis sint: ꝙ p̄dicte
distātie in eq̄tore capiant: scđs motus aspectus
resultat: vnde si duo planete in talib⁹ locis sint
zodiaci: ꝙ duo circuli magni per polos mundi
ꝛ vera loca eorū ducti duo signa seu .60. g. de eq̄
noctiali intercludāt aspectus sextilis. Quod si
90 gradus quadrat⁹: ꝛ .120. trinus habet aspe-
ctus vel alio modo ad idem reddeunt si in zo-
diaci talibus locis sint planete. Quod cum ar-
cu zodiaci qui inter eos in circulo directo eq̄no
ctialis oriantur .60. gradus sextilis ꝛ si .90. q̄-
dratus: ꝛ si .120 trinus aspectus emerget ꝓ op
positione non alio modo q̄ӡ in zodiaco operat:
quia que i zodiaco opponunt ꝛ in equatore dici
cum omnis circulus magnus diuidens zodia-
cum in partes equales: ꝛ equinoctialem tū eo-
rum vterqз sit in sphera circulus magnus: vt ha
bet ex pncipiis astronomie. Et tali modo ope
rantur ꝓ aspectu in eq̄noctiali reperiendo. Ca
piendo scз ascensiones rectas pmi aspicientiū
ꝛ secundo secundi: q̄ ascensiones si per .60. gra-
dus differunt sextile si per .90 quartum ꝛ si per
.120. trinum reperiunt aspectū. Et tali mō qui-
dā dicūt aspectu vti debere: et si qui eum in zo-
diaco accipiāt. Quarū sententiarū que sit tuti-
or non me intromitto declarare eū poti⁹ de iudi
ciis agētib⁹ hec spectet speculatio ¶ Tertio mō
aspectus capit pro ꝓiectione radiorum planete
secūdum tantam distantiam quāta ascendit in
circulo positionis i quo fuerit planeta: ꝛ clima
tis vel habitationis in quo moratur querēs di-
ctas proiectiones. V. g. si planeta fuerit in meri
diano quia ascensiones rectas et mediationes
celi vt secunda Almag. probatur sunt equales
aspectus sumūtur ꝭm ascensiones rectas: vn̄ si
duo planete tantum distiterint in zodiaco ꝙ cū
ea distantia recte ascendāt: hoc est in circulo re-
cto vel mediant celū .60. gradus equinoctialis
sextilis aspect⁹: ꝛ ita de reliq̄s suo mō vt dictū
est. Et si planeta sit in orizonte orientali obliq̄:
aliū aspicit eodem aspectu: q̄ ante vel post ascē-
dit distātis .60. gradus eq̄noctialis in sphera il
la in qua fuerit hō similiter si fuerit in occiden-
te ꝭm descensiones obliquas illius climatis ꝓ
iectiones radiorū eius accipiuntur. Si vero in
aliq̄s locis inter ascendentem et meridianū: seu
īter meridianū ꝛ occidentem ascensiōes mixte
ꝛ descensiones capiunt proportionaliter scз ꝙ
magis vel minus appropinquat alteri dictoruз
locoꝝ: vnde si meridiano magis appropinquat
proiectiones radiorum ꝭm ascensiones rectas
magis ꝛ si orienti vel occidenti magis ꝭm ascē
siones seu descensiones obliquas proportiona-
liter tamen. Quod qualiter operet opis pn̄tis
nō est exponere cum declaretur in canonib⁹ ta-
bularum in sphera recta ꝛ climatibus de signo
rum ortu ꝛ occasu: ꝛ precipue in talibus de di-
rectione Johannis de monte regio. ¶ Tertio
est notandū coniunctionem triplicem esse verā
scз mediam ꝛ visibilem. Est nanqз vera cōiun-
ctio q̄ncūqз linee motuū veroꝝ ita cōiunctoruз
vniunt ita q̄ eadē linea per cētra transit amboꝝ
vel ꝙ ille ab initio arietis eq̄distāt. Media ve-
ro q̄n eodē modo cōiunguntur vel vniuntur li-
nee motuum mediorū. Sed visibilis est quan-
do linee que exeūt ab oculo videntis in puncto
zodiaci vniuntur eodem ꝭm longitudinem qua
re iudicatur vtrūqз isto modo cōiūctoꝝ esse in
vno puncto zodiaci ꝭm longitudinem. Aspect⁹
etiam aliq̄ in veros ꝛ medios distinguntur sexti
lis nanqз verus quando verorum motuum li-
nee distant .60. gradibus ꝛ medius quādo mo-
tuum mediorum eandem optinent distantiam:
quadratus verus q̄n linee verorum motuū .90
ꝛ medius q̄n eodem motuum mediorū illā ha-
bent lōgitudinem: trinus verus ꝛ oppositio q̄n
verorū motuū linee separātur per .120. gradus
vel sunt in locis oppositis diametraliter: ꝛ me
dius q̄n linee motuū regularium hoc hn̄t. Visibi
lis vo aspect⁹ preter cōiūctionē nō ꝯsideraт q:
nichil opaт eo lз sextilis visibilis q̄rtus visibil
ꝛ trinus pōt occidere q̄n linee exeuntes ab ocu-

lo cōspicientis dictis elongatur distantijs.

Deinde cum dicit.

Ex isto patet sepe coniunctionem veram esse qū media precessit: aut futura ē: sepe etiam verā esse: quando tū visibilis non ē: aliquādo etiam visibilem veram precedere: qn̄q₃ vero sequi.

¶ Infert correlariuā cōclusionē ex dictis. Dictum est em̄ tres has cōiūctiones verā mediā ⁊ visibilem adinuicem distingui et alias esse. Ex quo sequitur non esse necesse vna existēte ⁊ reliquas: imo vera qn̄q₃ est ⁊ media minime: s₃ precessit vel futura est: ⁊ econuerso. Semper nanq₃ est coniunctio media Solis: Veneris ⁊ Mercurij: vera minime: ⁊ ita in alijs planetis p₃ qn̄q₃ tū vera ⁊ media sunt simul: vnde quia sp est cōiunctio media Solis: Veneris: ⁊ Mercurij. qn̄ eorum est vera erūt ambe simul. Eodem quoq₃ modo vera qn̄q₃ est simul cū visibili. ⁊ qn̄q₃ nō: imo visibilis precedit veram ⁊ aliqn̄ sequitur. Pro quorum etiam declaratione sit zodiacus a b c: a pars orientalis: c: occidētalis: b: gradus zodiaci nonagesimus equaliter a pūcto oriētis distans ac occidēt; Et centrum d: superficies terre e: capio duos planetas. quorū volo cōiūctionē sole videl₃ semicircul⁹ f g h: et Lunā i k l: si solis ⁊ lune cōiūctio fiat in b: gradu nonagesimo sole in g: ⁊ Luna k: existentib⁹: quia linea d b: eorum vero₄ locoru₃ vnitur cū linea e b: que ostendit visibilem cōiunctionem: vtraq₃ sc₃ trāseunte per g: et k: vtriusq₃ planete centrum: erit coniunctio vera ⁊ visibili nō discrepās: et ergo si coniunctio fiat in nonagesimo gradu vera et visibilis seu apparens simul sūt tempore: quod est primum. Sed si sol ponatur in parte orientali in puncto f o f. a: veri loci ⁊ e f m. apparentis productis. Luna in puncto i: linea e m: per vtriusq₃ centrum transeunte: coniuncti erunt visibili coniunctione vera futura: que vt fiat oportet Lunā motu moueri velociori in n. linea d a: veri loci centrū ambo₄ū penetrante. ita nanq₃ motu proprio luna mouetur: quare si coniunctio fiat in pte orientali visibilis verā p̄cedit: qđ ē secūdū. At sole versus occidentē in pūcto h: constituto d h c: ⁊ e h o: lineis ptractis: ⁊ luna in puncto l: eo₄ vera erit coniunctio linea d c: p l: et h: centra eorū transeunte: ⁊ visibilis adhuc nō ē imo futura est: que vt fiat in p: motu proprio velociori Lunam ferri necessium est: linea e o p: et h: ambo₄um planetarum centra penetrante.




Quadere si sit coniunctio in occidētali parte visibilis sequitur veram quod tertium est exponē dorum: ⁊ hanc declarationem bene notare oportet: q: maxime vtilis est ad ea q̄ de eclypsibus solaribus exponent̄ inferius ⁊ de diuersitate aspectus. Quod si autor eandem snsam parū infra ponet ad locum istū p expositione remittam.


Locus verus astri est pūctus firmamēti lineam a centro mundi per centrum astri protentam terminans. Locus autem visus siue apparens per lineam ab oculo per centrum astri protractam determinatur. Diuersitas aspectus astri ē arcus circuli magni per zenith ⁊ veru₃ locum astri transeuntis: inter locū astri verum ⁊ apparētem interceptus. Inde manifestum est q̄to vicinius astrum cētro mundi ⁊ orizonti fuerit tanto maiorem habere diuersitatem aspectus. Hāc quoq₃ maximā in Luna reperi. In marte vero nō bn̄ perceptibilē. Habet nāq₃ semidiameter terre sensibilem ad semidiametrum orbis Lune: non multum aūt perceptibilem ad semidiametrū orbis martis magnitudinem.

¶ Postq₃ de planetarū respectiuis passionib⁹ per respectū quē hn̄t ad solē: ⁊ de respectib⁹ eorū oim quos adinuicem hn̄t videl₃ de aspectibus determinationem expleuit. in hac parte de passionib⁹ luminariū quo₄ causa eadem sunt ⁊ subiecta eclypsis nāq₃ Solis Luna est causa ex quo interpositione eius inter nos ⁊ eum causaf eclypsis: ⁊ Sol est subiectum licet improprie sicut pprie eclypsaf. Sic̄ eclypsis Lune sol ē causa saltē p̄uatiua. ideo nāq₃ luna eclypsim patitur q: sol eā lumine terre obiectiōe neqt imprtire ⁊ subiectū ipsa luna est. Et licet eclypsis tā aliorum planetarū q̄ luminariu₃ passio possit eē eo modo quo sole eclypsaf per iterpositionē sc₃ Lune inter eos et nos: vt declarat Aristo. secundo celi eam eē interpositam inter terram ⁊ Martē ⁊ eē eclipticā tempore suo. non tamen est ita sēsibilis eclypsis seu solis ⁊ Lune neq₃ effect⁹ ita renouanf. Quia paruin luminis p̄cipiant respectu luminariū. iō autores astronomie planetarū eclypses nō meminerūt. sed tantum solis ⁊ lune passiōes esse dixerunt. Et dixi planetas eclypsari posse eo mō quo Sol ⁊ nō quo Luna: q: venus ⁊ Mercuri⁹ nō possūt ingredi vmbrā terre siquidē Soli nunq₃ opponūtur. Mars vero iuppiter ⁊ Saturnus neq₃ vmbram eandē incurrere queūt: siquidē ad spheras vsq₃ eorū minime perueniat imo piramidaliter desigit ī spherā Veneris vt Ptho. demonstrat septima Almag. Determinat igif p̄ncipalr in hac pte de eclypsibus nō eorū cās reddēdo: ⁊ loca in q̄bus accidere contingit exponendo: q: hoc p₃ ex theorica Lune ⁊ draconis ei⁹: s₃ magis practicabilr modū opatiōis. ⁊ terminorū rationes assignando quib⁹ tempus durationis extensio et quātitas eclypsis reqrif. Et duo agit. p̄io nāq₃ de quodam necessario. et in solis eclypsi atten=

dendo determinat: secūdo vero de eclypsib⁹ ꝓsequit̄ ibi: Digiti eclyptici. Quod aūt in eclypsi solis attendi oportet ē diuersitas aspectus q̄ eclypsim variat: ipsa variata: vnde licet sit vera solis ⁊ lune coniunctio propter tamen eorum diuersitatem aspect⁹ eclypsis nulla sequitur quare oportet non ignorare quanta sit eorum diuersitas in aspectu: ⁊ etiam quāta vna alia sit maior: q̄d de diuersitate aspectus in comparatione est accipiēdū: igitur duo facit circa primam partem: quia primo agit de diuersitate aspect⁹ absolute: scd̄o vero in cōparatione ibi: diuersitas aspectus lune ad solē. De diuersitate aspectus absolute dupl'r agit: q: prīo in cōi ⁊ ꝯfuse: scd̄o vero magis distincte ⁊ eius .s. speciebus ibi. Diuersitas aspectus astri in lōgitudine. Dicit igit̄ ꝑmo q̄ cū planeta nō ē in zenith capitū: locus astri veri q̄ terminus est linee a centro terre per centrū astri transeuntis: vt ꝑ sepius dicta patet differt a loco apparenti q̄ terminat lineā ab oculo aspiciētis per mediū eiusdē ꝓtereūtē. Quod patet q: eo casu dicte linee nō vniūtur quare et termini distinguūt̄ earum vnitant̄ tm̄ sicut patuit ex superioribus quādo planeta in zenith est capitū. Et differentiā inter predicta loca diuersitas aspectus dicitur idest diuersitas loci astri aspecti ⁊ visi a loco eiusdē: vel vt terminis vtar Alphagrani reflexio hoc ē loci apparētis a loco viso declaratio. Et q: vt dictū est zenith nō cōtingit diuersitas aspect⁹: sꝫ tm̄ qn̄ planeta reflectit̄ ⁊ remouet̄ a zenith: erit vt dicit Alpha. huius reflectionis et diuersitatis aspectus zenith q: quāeūq; versus partem ab eo remouetur planete ē diuersitas ꝓfata. Quare diuersitas astri aspectus erit arcus circuli magni trāseuntis ꝑ zenith ⁊ locū astri verū ⁊ visum: inter dicta loca verū ⁊ apparētē interceptus: necesse est nāq; circulū magnū per veꝝ ⁊ visum locum planete vel astri trāseuntē ꝑ dictā rōnē et ꝑ capitis zenith etiā trāsire. Que cū ī zenith astro morante nulla reperiat̄: maxima erit eodē in orizōte ꝯstituto. Et quāto ei magis appropinquat maior. ⁊ in duob⁹ locis a zenith ⁊ ab orizōte equidistātibus eq̄lis. Eamq; tanto maiorē habet quāto centro terre magis astrū vicinatur. Pro singul' quoꝝ demōstrandis in centro a: emisperiū b c d ⁊ semicircul⁹ planete e f g: ⁊ terra cuius superficies h. depingant̄. Sit ꝑmo planeta in f: zenith erit pūctus b: locus verus ⁊ apparēs lineis eorū a f b: ⁊ h f b: adinuicē vnitta: quare inter loca dicta nulla erit diuersitas: planeta ḡ in zenith exn̄s aspectus nullā hꝫ diuersitatē q̄d est ꝑmū.
¶ Quod si ꝑ terre sup̄ficiē recta linea orizontis c h g d: ꝓtrahat̄ dico planetā ī vtroq; pūcto e: ⁊ g: existētē aspect⁹ diuersitatē equā ⁊ qua in



alio loco mai orē: q̄d si non sit eo in pūcto i: morātē: ⁊ ꝓtractis lineis oībus vt in figura patet: quia linee a i: ⁊ a e sunt equales erunt anguli: i ⁊ e totales supra basin equales ꝑ .5. primi sed q: ꝑ .7 .3. linea h e/ longior est latere h i/ trianguli h e i/ erit ꝑ 19. pri. angulus h i e/ maior angulo h e i quibus ablatis ab angulis e/ ⁊ i/ totalib⁹ residu⁹ angul⁹ a e h/ maiorē residuo a i h ꝑ cōem sciaꝫ. sed quia anguli a e g/ ⁊ a g e/ equātur ꝑ .5. primi eq̄s exn̄tibus lineis a e/ a g/ erit angulus a g h/ maior angulo a i h/ ⁊ ꝑ eiusdē .15. angulus e g d/ maior angulo k i l/ ⁊ arcus c d/ diuersitas aspectus planete in orizonte exīstētis maior diuersitate k l/ eiusdē in alio loco. Sed quia vt dictum est anguli g/ ⁊ a e h sūt equales eo in g/ ⁊ h/ vtro q̄ puncto orizontis cōstituto equa contingit reflexio/ quod est scd̄m/ in d/ autem q̄ in c/ maior est diuersitas dicta vt in sequenti figura/ q: due linee a c ⁊ e d/ secant se in puncto h/ imaginor duos triangulos a d h/ et e c h/ quorum trianguli a d h/ anguli d/ ⁊ a/ per 32 primi equantur angulo h/ extrinseco ⁊ eidem duo anguli c/ ⁊ e trianguli e c h quare per primā conceptionem primi euclidis dicti anguli a/ ⁊ d ex parte vna equantur angulis e ⁊ c ex altera pte. Sed ꝓducta linea a c in d quia duo latera e c/ et e d/ trianguli e c d/ ꝑ .7 3. curtiora sunt duob⁹ laterib⁹ a c/ ⁊ a d trianguli a d c/ erit angul⁹ e/ amplior angulo a vt habet̄ 21. primi. q̄re ꝑ cōem sciam angulus d/ obtusior angulo e: in d: igit̄ pūcto orizonti propinquiori planete maior est reflexio q̄ eo i e: remotiori puncto. Quod est tertium. Et hoc declarant tabule de diuersitatibus aspectuum in quibus cum horis a meridie distantibus pluribus



aspectus diuersitas maior habet̄: q̄ro nāq; plures sunt hore tanto sol a zenith magis remotus orizonti propior existit. ¶ Si autem a zenith b: duo puncta e ⁊ f equaliter elongata accipiant̄ arcubus b e ⁊ b f equiparatis planeta in e et f: existens equales acquiret reflexiones vn̄ q: linee a e et e c: trianguli a c e: equales sunt duob⁹ lineis a f ⁊ e f trianguli a f e ⁊ vnius basis e c ꝑ .7 .3. equalis basi e f: alterius erit angul⁹ c equalis angulo f i e: ergo ⁊ f existente astro equātur diuersitates aspect⁹ quod est quartum. Et hac de causa cum equalib⁹ horis a meridie tabulas ingrediendo aspect⁹ diuersitates inueniunt̄ eq̄les. ¶ Propinquior quoq; terre ceteris parib⁹ maiorē hꝫ reflexionē ⁊ dico ceteris paribus q̄ ambo planete ꝓpinquior. s. ⁊ remotior in eadeꝫ ꝓpinquitate ⁊ distātia capiant̄ a zenith ⁊ orizōte vt q̄ ambo sint ī orizōte vn̄ descript⁹ circulo emisperii orbe superioris ⁊ iferioris sphera ⁊ superficie terre vt pꝫ in sequenti figura supra cētro

a ꝛ sit planeta supior in orizonte e ꝛ in eodem iferior f: ductis lineis a f b: a e c ꝛ g f d: erit p 16 p̄mi angul⁹ extrinsec⁹ a f g: obtusior angulo a e g: opposito intrinseco. quare p 15. eiusdē f: cōtraposit⁹ maior angulo e cōtraposito. Et qr linee f b: f d. lōgiores sūt lineis e c: e d/ erit dupli ci de cā arc⁹ b d: reflexio planete f: terre vicinmaior reflexione c d: planete e: a terra elongat



quod est quintum. ¶ Quam de causa cū luna inter omnis sydera terre sit propinquissima maximā habet diuersitatem aspectus que est gradus vnius ꝛ. 4. m̄. ea existente in parte terre ppinquiori vt inquit dr̄ia 27. alphagranus. Ratio ē qr semidiameter terre tōne cuius prouenit reflexio ad semidiametrū orbis Lune sensibilē hȝ pportionē quare. ꝛ idē cāta reflexio et diuersitas inter locum verum ꝛ apparentē sensibilis erit at reflexio in Marte quasi nō sentitur propter eius puitatem quia semidiameter terre pportionem habet insensibilem ad semidiametrum orbis Martis: quare non causabit sensatā dr̄iam inter eius locum verum et visum. Et minus pceptibilis imo nullo mō est in Ioue et Saturno: quia a terra remotiores vt dicit idem alphagranus: ꝛ semidiametrū hn̄t maiorē. Et addit predictus q̄ Solis diuersitas maxia quā possis habere est. 4. m̄. qn̄. s. est in opposito augis eccen. ꝛ in orizonte. Venus autem ꝛ Mercurius: sensibilem hn̄t: ꝛ si maior sit diuersitas Mercurii: q̄ȝ Veneris. ¶ Circa predicta rōnabiliter dubitat. Dictum e eīn maxime in probatione secundi q̄ maxima diuersitas in aspectu accidit planeta orizontis punctū obtinēte. Et orizō descriptus est in linea per supficiē terre trāseunte. in cuius terminis maximā diuersitatē contingere pbatū est. Sed huiōi linea ex q̄ non transit per cētrum terre nō diuidet celū in duo equalia primo elemētorū. orizon igitur celū in duo media minime ptick: celi non videbit medietas immo minus medietate: q̄ta ē terre semidiameter: qđ ē cōtra Ptho. prima Alma. cap. 5. ꝛ Alpha. dr̄ia. 4. dicentes vbicūqȝ sit hō medietatē celi ei sp appere: ꝛ rōnibus probant. ¶ Ad hoc rn̄dent quidā lineā rectam dicentes p supficiem terre transeuntem nō secare sphērā in duo equalia: neqȝ cōsequēter esse lineam orizontis. Neqȝ is oculus qui est in superficie terre videt celi medietatem: cū linea trāsiens per centrū terre secat celum in duo equalia: q̄ si ibi oculus existeret emisp̄iū videret vt in figura cuius centrū est a: notū ē lineā b a c: quia per centrū transit circulū in partes equales diuideret: quarū altera ē hic descripta q̄ si oculus esset i a: centro totum emisp̄iū videret. Quod si esset in supficiei terre pūcto d: q̄ dubitat q̄ recta linea producta a d f. pars. e f visa et supra orizontem non est medietas siquidē deficit a toto semicirculo. Sed quando auctores inquit vbicūqȝ sit homo celi medium ei appere intelligunt de ho-




mine eleuato supra terrā secdm oculos ꝛ erecto qui videlȝ ab oriente ad occidentē ꝛ a terminis visionis linea recta p supficiem terre trahi non pōt: imo due linee angulum causantes in oculo conspicientis. f. g. imaginant hi homines eleuari supra terrā ita q̄ oculus sit in g: a quo si due linee p supficiem terre g b: ꝛ g c ducant diuidētes celum in duo media facient orizōtē ꝛ terminum visionis: vnde quātum deficit ꝛ obstat semidiameter terre ne hino possit medietatē videre: tm̄ idem sua erectione recuperat: vnde semp mediū celi videbit. ¶ Sed respon. hec non est digna recitari neqȝ scribi lȝ sit viri solēnis ꝛ philosophice disciplinequasi mgr̄ a fratrib⁹ reputat. Si nāqȝ hō tō videlȝ mediū celi qr ē erect⁹ sup terrā. Quod nō videret si oculū is terre supficie haberet: tunc quando magis erect⁹ esset ꝛ eleuatus magis videret q̄ȝ mediū: sed existens supra turri vel montem est in decupla pportiōe magis eleuatus q̄ȝ si esset solū in supficie terre igitur si sua lōgitudo facit vt videat celi q̄ta ē semidiameter terre supra turrim plus medietate q̄te sunt. 10. semidiametri videret quod ē cōtra dictos volētes vbicūqȝ sit homo seu in plano seu in turri siue supra mōtem: celi medietatē sp ei appere. ¶ Et quod magis est sequeret q̄ q̄to homo maior eēt tanto plus videret de celo q̄ȝ paruus vel inclinatus qđ falsum est. per istrumēta nāqȝ vt astrolabium ꝛ alia perceptum est seu sit is sūmitate montis siue in turri vel in plano semp videt celi medietatem. Et cōfirmatur. q̄titas nāqȝ hominis impceptibilis est respectu totius terre quare q̄tacūqȝ sit nō faciet diuersitatem in conspiciendo celū per eius supficiē. ¶ Secundo hec respōsio est contra Pto. ꝛ Alpha. in preallegatis locis vbi volunt q̄ ex quo homo seu sit in centro siue in supremo terre semp videt medietatem q̄ dr̄ia causata in celo a semidiametro terre insensibilis est: ꝛ dicta semidiameter erit insensata celi: volunt igit q̄ differentia causet in celo in videndo ex centro ꝛ supficie terre licet insensibilis. Sed si ocul⁹ erectus videret per lieas ita inclinatas vt rn̄. vult que nō vniunt: sed angulum causantes coniungunt: possent ita dicte linee a supficie terre inclinate ad puncta semicirculorum procedere etiaȝ q̄titate terre magna ꝛ sēsibili. Dicta igitur rn̄. destruit hanc rationem. ¶ Tertio omnes concedunt planetarum diuersitatem maximam accidere in orizonte: sed talis inuenta est per demonstrationem nostram in termino linee recte

per superiorē terre trāseūtis: orizon igitur erit linea recta & non due linee inclinate angulū i oculo conspicientis causantes. Quare aliter respōdeo q orizō est linea recta supficiem terre in loco habitationis cōtingentis ut dictum ē: nec talis celū secat in duo media: ex quo nō transit p centrū neq consequenter hō in facie terre exn̄s videt sm veritatem emispium completū cū illud videret exn̄s in centro. Sed q linea orizontis dicta diuidit celū in emispium supremū qd ita parū deficit a pfecta medietate: qd illud tale nullo sensu vnq percipi pōt. vere iudicatur celi medietatem videri: cū etiā oia istrumēta hoc demonstrent: illud nāq qd de medietate cōpleta non videtur insensibile ē: qd q equale ē semidiametero terre: q hmōi causat diuersitatem cōcludunt semidiametrum & cōsequenter terram insensibilem respectu firmamenti: & modo hoc dicendo saluatur imo verificat rō astrologorum noiatorum: & declaratur qliter maxima diuersitas contingat in orizonte. ¶ Sed vlterius contra hanc rnsionem instat: quia si scdm rei veritatem homo non videt celi medietatem: licet scdm sensum q qd deficit est eqle semidiametro terre q insensibilis est respectu celi vltimi. Cum diameter terre ad orbem Lune habeat proportionem aliquā sensibilem sequit q equale semidiametro terre de orbe Lune qd desinit videri de medietate respectu orbis totius sensibile erit: quare homo exn̄s in superficie terre non sm veritatem tm̄ non videbit celi Lune medietatem imo etiā sm sensum. Et eodem modo de Mercurio & venere quod cōtrariatur dicto Ptholo. & Alphrag. volentium semp hoiem celi videre medium. ¶ Respōdet concedēdo hoiem in facie terre exn̄e celi Lune mediū nullū mō videre. & qui dicti oppositū fatent intelligūt de celo stellato vbi sunt figure vnde dicūt zodiaci sex signa videri & reliqua occultari: & slr de aliis orbibus i quibus nulla cōtingit reflexio Lune aūt Mercurii: & Veneris: ex quo hūt diuersitatem aspectus non vident medietates orbium. Et per hoc patet huius difficultatis solutio: cui prout in presentiarum visum est mihi satisfeci.

Deinde cum dicit.


Diuersitas aspectus astri i lōgitudie ē arcus eclipticae int duos circulos magnos interceptus. quorū vnus p polos ecliptice & locū verum procedit: alter autē per eosdē polos et locū astri visum. Diuersitas astri in latitudine: ē arcus circuli magni p polos zodiaci transeuntis & locum astri verū: interceptus inter duos circulos ecliptice eqdistātes quorum vnus p locū verū astri progreditur alter p locū eius visum. Id aūt quod de his circulis eqdistantibus ecliptice intercipitur inter circulos magnos p polos zodiaci transeuntes simile est diuersitati aspectus in longitudine: vnde diuersitas aspectus: q si linea diagonalis quadranguli cuius latera sunt diuersitates aspectus in lōgitudine & latitudine.

¶ Postq in confuso diuersitatis aspectus determinationem expleuit: magis distincte & i particulari de speciebus eius scz de ea in longitudine & latitudine prosequitur: pro quarū declaratione sit eclyptica: a b c: a: arietis initium d: polus eclyptice: e zenith capitum f: planete locus verus g: apparens: ducto circulo p dicta loca a zenith e f g: arcus f g: reflexio simpliciter superius erit ex planeta. Et quia g/ magis elongat a pricipio arietis q f: & magis ab eclyptica erit diuersitas aspectus sm longitudinē zodiaci et latitudinē: diuersitas aspectus i lōgitudine est excessus distantie g: a principio arietis a: q f/ & in latitudine est superatio latitudinis g: sup latitudinem f: distantia aūt quelibet p lineam sumitur breuiorem. Si nanq debeat mereri inter duo loca longitudo spacium metit minoris distantie. Quare si libeat habere diuersitatē aspectus in longitudine: a polo zodiaci per locū verum d b f: magnus circulus ducatur eclypticam in puncto b: secans: & b: erit locus eclyptice: & p locum visum ab eodem d c g: eclypticam in c: intersecans erit c: in ipsa locus visus/ arcus eclyptice b c: inter circulos dictos captus in lōgitudine dicitur aspectus diuersitas/ nam locus visus g/ distat ab a: arietis initio magis q f/ verus locus per dictum arcum eclyptice b c/ et q dicti circuli capiāt minimā distātiā iter duo loca pz q cū eclyptica rectos angulos cāent/ siqdē trāseūt p polos eiusdē q ab ea vndiq eqlr distāt.



¶ At si per locum verum eclyptice equidistās f h/ & per locum visum in g/ eidem peralellus circulus ducatur/ inter predictos circulorum priorum intercepte portiones que equales sunt f i/ & g h diuersitas aspectus in latitudine est/ f nāq ab eclyptica remouetur arcu f b/ vel ei equali h c. Sed g/ ab eadem distat arcu g h quare magis remotum est per arcum g h/ vel ei equalem i f/ & quia hec diuersitas est ab eclyptica que latitudo dr hic aspectus diuersitas in latitudine noiata/ est. Unde duorū equidistantiū circulorum arcus i g/ f h itercepti iter circulos d i & d g sīles sūt. s. pporōales diuersitati aspectus in lōgitudine f h/ b c/ hoc ē in qua pportione arcus eclyptice b c/ ad totū circulum in eadem arcus f h/ & i g/ ad suos circulos se habent/ quod notū ē illi q cōsi-

deret circulos b f:⁊ b g per polos transire eclyptice: cui circuli f h:⁊ i g: eq̄distāt: quare cōcludendo: quadratum imaginor i f:g h: cuiꝰ duo latera opposita i g:⁊ f h: diuersitatem aspectus in longitudine demonstrāt: ⁊ reliqua duo i f:⁊ g h in latitudine reflexionem. Cuius quadrati diuersitas aspectus absolute est quasi linea diagonalis.i.diametralis: diameter nanq̄ quadrati vti ostenditur primo elementorum: diuidit quadratum in duo media in angulis oppositis habent terminos. ¶ Notandum est hic quod singulis astris ab eclyptica remotis dupliciter locus ascribitur primo modo in longitudine: q̄ capitur per circulum a polis zodiaci per locū astri verum trāseuntē: q̄ quia ab initio arietis equaliter distat: scḋm illā partem vbicūq̄ eiusdē sit astrū ab codē equidistat: ⁊ si in eo plura sydera reperiantur: eandem habentia ab eo distantiam scḋm longitudinem erunt coniuncta: secundo locus datur astris in latitudine: qui per circulum eclyptice paralellum designatur: qui ex quo ab ea equidistat vbicunq̄ eius sit astrum scḋm latitudinem eundem locum dicitur habere. Distātiam cuius nō quecūq̄ linea ostēdit: immo minima: minima ꝗ sit linearum que duci possit inter talem paralellum ⁊ circulum eclyptice ē circulus per polos eius propter hoc quod sup eaꝫ perpendicularis est. Et per eundem duarū stellarum ab eadem inequaliter distantiū in latitudine capitur differētia. ¶ Eodem modo quis inter circulos a polis eclyptice per loca syderū minima capitur: portio eiusdē eclyptice: ex quo super eam sunt perpendiculares: quia demonstrant loca in lōgitudine: arcus eclyptice ab eis secatus astri vel astrorum diuersitas in longitudine non immerito dicetur. ¶ Pro noticia cōpletiori huiꝰ materie quattuor Alphragani.27 differentia regulas eam perfecte declarantes minime reticebo: quarum prima est astro in zenith capitum morante aspectus diuersitas nulla contingit: quod notum est ex demōstratis: q2 locorum veri et apparentis ibi linee vniuntur: quare ⁊ predicta loca minime differunt. ¶ Secunda regula si planeta a zenith remoueat̄ semper diuersitatem habet aspectus: denominationem sumentem ab ea parte versus quam planeta vergit a zenith: vt si sit versus orientem oriētalis: versus occidentem occidētalis: septētrionalis si ad septentrionem. Australis vero dicetur si austrum tendit planeta. Cuius ratio quia versus quam partem planeta declinat a zenith eandem versus partem locus apparēs a vero semotus ē: ⁊ a zenith magis elōgatꝰ verbigratia si planeta sit versus orientē locus visus a vero declinat versus oriētē: vt claret ex figuris ⁊ exēplis sup:ascriptis: q̄re si locus visus a q̄ diuersitas aspectus dicta est versus orientē appropinquādo magis declinat: nō īdecēter reflexio orientalis noiat̄: ⁊ ita ītelligat̄ de alijs qn̄ igit̄ circulus signorū fuerit in zenith: in partibꝰ illis ī q̄bus erit possibile ⁊ planeta latitudinē nullam habuerit: immo eclypticā possederit: diuersitas aspectꝰ erit tm̄ in longitudine. Patet q2 ex quo zodiacus est ī zenith p locū vtrunq̄ trāsibit ex diffinitiōe diuersitatis aspectꝰ: quare vterq̄ locorum eclypticam possidebit. Et consequenter nullam habentes latitudinem in lōgitudine tātum differunt. ¶ Quod si in casu isto planeta sit a zenith orientalis: locus eius apparens locum verum precedet in ordine signorum: vt in figura hac in qua principium arietis et occidēs sit a: ⁊ b: orientis ⁊ c. zenith si planeta sit in pūcto d: non ne locus eius visus e: ducta linea f e: precedet scḋm ordinem signoruꝫ quia a principio arietis magis elongatus locum verum g: linea h g: pducta: notū est eni bene ꝯsideranti. Si vero



ro planeta sit versus occidētem a zenith in puncto i: locꝰ verus k: h k pducta linea recta: precedet locū visum l: linea f l: extensa ex quo plus a b arietis initio remouebit̄: quod totum per se notū est. ¶ Tertia regula si per zenith nō transeat zodiacus: verum circulus magnus per polos eiusdem et planete loca prenominata: tota diuersitas in aspectu erit ī latitudīe: patet ex q̄ ambo locorū est in circulo p polos dictos transeunte: equaliter distātia ab initio arietis eundem locum habent scḋm longitudinem: ⁊ consequēter reflexio in longitudine nulla: ꝙ quia planeta est extra zenith ⁊ habet reflexionem: ea tota erit in latum. Nā si planeta a zenith septentrionem versus declinat locus visus a loco vero versus eandem partem magis semotus erit ⁊ reflexio dicet̄ septētrionalis: cuius exēplū in eadē declarat̄ figura si b/quod et at oriens polꝰ fiat borealis/ ⁊ a australis. Si planeta sit septētrionalis in d/nōne locꝰ apparens e/magis septētriōi vicinat̄/q̄ verus g/nō est dubiū. At si planeta sit versus austrū i i/locꝰ visus l/magis meridiei erit ppinquus q̄ verus k/q̄re reflexio meridionalis erit in casu illo. ¶ Quarta regula, si circulꝰ signorū/nō trāseat p zenith neq̄ circulꝰ p polos eclyptice transiens/ aspectꝰ diuersitas parti erit ī latitudine ⁊ ptim in longitudine quod ptz ex dictis ⁊ etiā qualiter accipiatur. Quod si eclyptica magis a zenith sit distās q̄ prius dictꝰ circulꝰ reflexio maior erit in lōgitudine q̄ in latitudine. Et si fiat econuerso oppositū eueniet ceteris equalibus/ idest ꝙ latitudo a zenith ⁊ distantia eclyptice sit eq̄lis distantie dicti circuli ab eodem erūt due diuersitates aspectus equales adinuicem.

Deinde cum dicit.

Diuersitas aspectus lune ad solē est excessus diuersitatis aspectꝰ lune super diuersitatē aspectus solis si vera coniunctio luminariū fuerit inter gradū ecly=

ptice ascendentē z nonagesimum eius ab ascendēte visibilis eorū cōiūctio precessit veram. Si aūt inter eundem nonagesimū z gradū occidentem fuerit: visibilis verā sequeţ. Sz si in eodē gradu nonagesimo acciderit: tūc simul visibilis cōiūctio cū vera fiet: nullaqz diuersitas aspectus ī lōgitudine cōtinget. Nonagesimus nāqz grad⁹ ecliptice abscendente sp est in circulo p zenith et polos zodiaci procedente. Latitudo lune visa est arcus circuli magni per polos zodiaci z locū lune verum aut visum trāseūtis inter eclipticam z circulū sibi equidistantem incedentem per locum visum interceptus.

℄ Agit de reflexiōe in cōparatione: pro quo est notādū q diuersitatem aspectus lune z Solis tēpore coniunctionis necesse est scire: ad hoc vt eclypsis Solis sciaţ: nam quādo ita luminaria coniūgunţ scdm loca visibilia q luna iter aspectū nrm z Solem interposita sit: notum est solē eclypsim incurrere: at quando licet sint coniūcti scdm vera loca: secundum tamen visa multū elonganţ: eclypsis vel non fiet vel parua z parum durās: quare oportet scire distantiam loci visi lune: a loco viso Solis: que si tāta erit quāta est Solis semidiameter: z etiam lune: eclypsis solaris minime sequiţ. ꝑ. g. sit locus visus Solis a/ z idē lune b: quia a/ z b: tantum distāt quanta est Solis semidiameter a c et lune b c: luna nō erit interposita: neqz sequtur eclypsis qū qz Sol nullā habet diuersitatem aspectus sensibi-



lē immo locus verus idem est cū viso in eclyptica: quare eo tunc nūc accipitur distantia inter locum visū solis et lune. immo distantia loci visi lune ab eclyptica: que distantia si sit quāta sunt ambe semidiametri luminariū: eclypsis nō cōtinget: si vero minor fiet eclypsis: de his igitur distantijs modo ꝓsequtur: prima igitur est q cū clarum ex ꝑdictis planetam terre ꝓpinquiorem diuersitatem aspectus maiorem possidere: habebit hac de causa luna maiorem reflexionem q̄ sol excessus igitur diuersitatis in aspectu lune super eā Solis dicitur diuersitas aspect⁹ lune ad solē: idest excessus diuersitatis aspectus lune sup eam q̄ Solis est: qd inde sequtur de coniunctione luminariū explicatum ē optime in superiorib⁹: si vero Sol aspectus diuersitatē non habeat: habere opz latitudinē lune visam que ē distātia lune loci apparentis ab eclyptica/ accepta p arcū circuli magni trāseuntis p polos zodiaci z locū visum: inter locū visum z eclypticā iacentem: cuius exemplū patet in figura qua latitudinis z lōgitudinis aspect⁹ diuersitates explanate fuerunt.

Deinde cum dicit.

Digiti ecliptici dicūtur duodecime diametri corporis solaris aut lunaris eclipsate.

℄ In parte hac de eclypsib⁹ determinat: tātū terminos declarās: qui ad eclypsis oīa necessaria reperiēda sūt oportuni: z canones quoqz explanās: vnū posset dici q modū operatiōis tabularū que fit ꝑ eclypsi habenda ratione manifestat. De eclypsi autē duo sciri queritur quātitatē. s. z durationē: ideo circa hanc partem duo facit. pmo declarat terminos q̄titatem eclypsis significantes. secundo vero durationis spacium ibi. Minuta casus q̄titatez eclypsis voco quātitatē luminaris eclypsatam: qū nāqz eclypsis est in toto corpore non queritur de partis eclypsate q̄titate. cum totum sit eclypsatum. At quando non est in toto corpore potest pars maior vel minor fm diuersitatem cause eclypsis: z tunc q̄titatē oportet notificare eclypsate partis. Ad quod declarandum diuiserunt antiq cuiusqz diametrum luminaris in. 12. partes equales: vtunţ nāqz astronomi numero duo denario propter multas sectiones posse recipere. et plures habere aliquotas partes medietatem videlicet vt. 6 tertiam partem vt. 4. quartā vt tria: z sextam vt duo: quarum quālibet partiū digitū eclypticū noiarūt: vel scdm alios pūcta: vnde in tota diametro. 12. digiti eclyptici sunt seu pūcta: z p obscurationē horum punctorū quātitatem proferunt eclypsis sicut ex sententia Alphagrani circa finem declarabo.

Deinde cum dicit

Minuta casus i eclipsi lunari sūt minuta zodiaci q̄ luna pambulat solē supādo a pricipio eclipsis vsqz ad mediū eius si pticularis fuerit aut vniuersalis sine mora: vel a principio vsqz ad initiū totalis obscuratiōis si vniuersalis cū mora fuerit. Minuta more dimidie sunt minuta zodiaci q̄ lūa solē superādo a pricipio totalis obscurationis vsqz ad mediū eius pambulat. Minuta casus i eclipsi solari sunt minuta q̄ luna a pricipio eclipsis vsqz ad mediū superatione sua vltra solē pficit. Quare si minuta ista p superationē lune in hora diuidantur tempus quo ea pertransit eueniet.

℄ Notificat durationē eclypsis: z duo facit. primo ei⁹ termios expōit: scdo diuersitatē i duratiōe cām assignat ibi. Diameter solis. Pro euidentia prime partis est aduertendum q luminare quodlibet dupliciter eclypsim pōt pati. primo modo particulariter tm̄ hoc est scdm ptem: vt luna scdm partem eclypsatur: qū nō totaliter vmbrā ingrediţ: imo tm̄ scdm illā partē: et sol sl̄r scdm partē obscurat⁹ nobis apparet: qū luna nō opponiţ directe inter nos z totū solem immo ptē tm̄ z hmōi eclipsis pticularis dr̄ hoc

est i ptē tm̄: ꝛ nō toto luminaris accidēs corpe
scd̄o mō quodlibet illoꝝ puari lumine pōt i to=
to corpore: luna quidem qñ totaliter ingreditur
vmbram pdictam: sol etiā qñ inter eū ꝛ nos ita
luna interponit: vt totaliter eum ab aspectu no
stro priuet: et eclypsis talis dicta ē vniuersalis
hoc ē in toto corpore vel vniuersis partib⁹ con=
tingēs: qd̄ si tale luminare totaliter ꝛ scd̄m vni=
uersas ptes p instans sit eclypsatum. vniuersa=
lis dicta ē eclypsis sine mora. i. sine tēporali mē
sura: at si p tempus magnū durat: vniuersalem
cū mora tēporali appellauere: quoꝝ eclypsium
tam particularis q̄ꝫ vniuersalis cū mora ꝛ sine
in vtroqꝫ luminari cause in fine hui⁹ capituli cui
libet patescēt. Uniuersalis aūt eclypsis omnis
ꝛ particularis ē: non eīn corporis totum priua=
ri pōt nisi ps prius deficiat: neqꝫ totuꝫ a tali de=
fectu liberabit simul nisi pars linquet obscura:
cum p partem ante ptem incipiat eclypsis i cor
pore pcedat minuta designat. nō ei tota simul
ꝛ semel luna inter nos ꝛ solem interponetur: ni
si prius partem: neqꝫ ab eo elongabitur nisi suc
cessiue: ꝛ eodem modo cum talis interpositio fi
at per motuꝫ: similiter ꝛ elongatio: haud aliter
luna non tota simul ingressa erit vmbram terre
nisi pars eius prius: neqꝫ alio modo ab ea elon
gabitur q̄ꝫ vt dictum est: quare quādo eclypsis
particularis est sufficit habere tempus particu
laris obscurationis: sed quando est vniuersa=
lis oportet scire ꝛ tempus particularis oscura=
tionis: necnon ꝛ vniuersalis. i. q̄ꝫto tempore ta
le luminare scd̄m partem tm̄ durabit eclypsatū
ꝛ similiter scd̄m totum corpus: at quia si ecly=
psis particularis est spaciuꝫ temporis ab initio
eius ad medium vsqꝫ qn̄o scꝫ maxia pars ē ecly
psata equale est tempori ab hoc medio vsqꝫ ad
definitionē: similiter in vniuersali eclypsis par
ticularis que fit in augmento equatur in dura=
tione eclypsi particulari eiusdem quando defi=
nit: ꝛ a principio vniuerse obscurationis ad me
dium vsqꝫ equiualet a medio vsqꝫ ad finē: qua=
re altero non ignorato tempore ꝛ reliquum ha=
betur: ꝛ eo geminato totū innotescet: medieta=
tē tantum cuiusqꝫ diffinierat durationis: tā i par=
ticulari q̄ꝫ in vniuersali: non eīn totum eclypsis
tēpus sed tm̄ medium acceptūt astrologi: quod
videlicet est a pncipio ad medium: vel a medio
ad finem: qm̄ pncipaliter querunt quando est in
vltimo sui esse ꝛ maxime intēsa: quod in medio
contingit. Et medio habito per demptionē me=
die durationis initium: ꝛ p additionē finem ei⁹
inuenīunt / tempus medietatis eclypsis reperi=
tur per motum qui fit durante eclypsi: vnde lu=
na interposita inter solem ꝛ nos eclypsat solem
qui nunq̄ꝫ ab eclypsi liberatur: nisi luna veloci=
tate sua ab eo separaretur. Et eodem modo lu=
na ingressa vmbrā ꝛ eclypsata: nūq̄ꝫ ad clarita=
tē rediret: nisi veloci⁹ motu vmbrā reliqueret
ab eis aūt minime sepat: velocitando motū eā
superet: quare tanto tpe durabit eclypsis q̄ꝫto
tpe ita luna superabit solem ꝙ ab eo vel ab vm
bra totaliter sit egressa. Et iō oportet quot mi=
nu. in zodiaco luna pambulat solem superando
ad hoc vt sciam⁹ q̄ꝫto tpe eclypsis extēdit. Mi
nuta igit zodiaci q̄ lune perambulet solē supe=
rando a principo eclypsis ad mediū: si lune ecly
psis fuerit pticularis: vel si sit vniuersal' sine mo
ra / qr ex quo nō hꝫ morā neqꝫ q̄rit: dicunt minu
ta casus. i. minuta zodiaci que luna eclypsata ꝛ
priuata lumine pambulat / per hec naqꝫ minuta
repta tps medietatis eclypsis pticularis inote
scet. vt dicā: nā inuenio hec minuta eē. 30. ꝛ luna
mouet sole velocius eū superando 30 minuta
in hora concludo eclypsis particularis medie=
tatem esse vnius hore / ꝛ totam duarum horarū
ꝛ sic habetur quantum durat particularis ecly=
psis: simili quoqꝫ modo minuta casus in defe=
ctu solis si partiantur per superationem lune in
motu ad motum solis in hora: tempus medie=
tatis eclypsis residuum erit: sed si eclypsis sit
vniuersalis cum mora: eclypsim dico lune: quia
vt patebit sol non patit eclypsim vniuersalem
longo tempore: quia diametrum habet visualē
equalem diametro visuali solis: quare insensibi
liter vt dicit Alphag. differētia. 29. sol eclypsa
tur in toto corpore: eo casu si libeat habere me=
dietatem eclypsis vniuersalis superationem lu
ne supra solem in motu a principio eclypsis vni
uersalis ad mediū vsqꝫ vel minuta zodiaci que
luna eo tunc perambulat. s. m. dimidie more dicta
p supationē in hora partiantur ꝛ tēpus pfatum
residuū erit. quod si geminetur temp⁹ duratio=
nis vniuersal' eclypsis resultabit. Qualiter aūt
operatiōes he pficiantur supra tabulis de ecly=
sibus declarari habet.

Deinde cum dicit

**Diameter solis visualis i auge eccētri=
ci. xxxi. minu. cordat sꝫ in opposito tri=
ginta quattuor: sp tm̄ que est proportio
quinqꝫ ad sexaginta sex ea est mot⁹ Solis
in hora ad diametrum suam visualem.**

¶ Dat causam durationis eclypsium maioris
seu minoris. Duplex namqꝫ est causa ꝙ eclypsis
aliqua lōgiori tpe extendat: prima ē ꝙ luna sit
propinquior eclyptice ꝛ sectionib⁹ draconis eius
quare sit vt directius inter solem ꝛ nos interpo
nat in eclypsi solis: vel maioreꝫ lineam de terre
vmbra ptranseat in eclypsi eius: q̄ fit vt lōgius
tps reqrat ad hoc vt ipsa a sole vel ab vmbra
pfata separet: ꝛ eclysis maioris sit duratiōis ꝛ
de hac lōgitudie hic nō psequtur: q: supra pegit
qñ diffiniuit minuta casus ꝛ dimidie more / q̄ꝫto
naqꝫ in Solis eclypsi plura sunt minuta casus
tanto directius luna interponitur inter eum et
nos / ꝛ q̄ꝫto plura eadem ꝛ minuta dimidie mo=
re: tanto vmbrā incurrit maiorē: ꝛ eclypsim du
raturā magis significat: altera eiusdē cā est va=
riatio diametroꝝ visualium luminarū ꝛ vmbre
ex cōsequenti: quare in duratione vtriusqꝫ ecly
psis sequitur variatio / eodem quoqꝫ mō eorundē
motuū inequalitas: p cui⁹ declaratiōe ē aduertē
dū ꝙ sicut haberi pōt ex. 22. ꝛ. 26. pme ptis p=
spectiue: luminosū maius quāto magis ab opa
co elōgat minori: tāto maior vmbra causat ceu
in theorica solis in questiōe de ec. ꝛ declaraui et
exemplificaui: vbi etiā dictū ex. 24. eiusdem ꝙ
dicta vmbra q̄ꝫto ab origine distātior fit: tanto
magis attenuat: vt tandē in piramidē desistat:
quare cū sol ē in auge ec. a luna distātior: ea vm
brā causabit maiorē: ꝛ solis eclipsis i pluri par

te terre cõtinget: et magis durabit: vnde sepe visum est luminaribus cõiunctis coniunctione visibili quãdoq̃ totũ solem eclypsatum: quandoq̃ vero minime: immo vndiq̃ lunam superfluere: quod esse non potuit alio nisi quia in totali eclypsi lune diametrum visualem equalem seu maiorem habet diametro solis visuali: quare sol distans magis: quando vero nequit eum scđm totum cooperire minorem habet diametrum: quare solem propinquiorem concludendum est lune propter appropinquationes eius lune/ et ad terram: vel propter lune appropinquationẽ ei et a terra remotione. Eodem mõ in defectu lunari: q̃to Sol terre propior fit: tanto diameter vmbre minoratur: et q̃to remotior eadem maioratur: ex eisdẽ propositionibus: similiter luna i auge epi. quia a terra distantior vmbram minorem et maiorem occurrit i augis ex̃ñs opposito quare necesse est scire a terra luminarium distantiã et propinquitatem: que cause sunt vt eclypses diuersentur in durationis spacio. Haud aliter motus luminarium earundem causa est variatiõis Siquidem lune motus velox et solis tardus et vmore terre consequenter que equali cum sole mouetur velocitate: ab eis citius luna separabitur: et vtraq̃ eclypsis desinet citius. E conuerso vero luna tarda existens a Sole veloce et vmbra tardius elongabitur: et eclipses ambe erunt durabiliores: quare qui eclypsium durationem desiderat: et luminarium a terra distantiam: et consequenter eorũ visibilium diametrorum quãtitatem: et secundo motuum eorundem qualitatẽ habeat oportet: de quibus in presenti parte psequitur: et duo agit quia primo de dictis inquantum variant eclypsis solis durationem: secundo vero lune ibi: Dum sol in auge ec. solis eclypsi accidit variatio causa diuersitatis diametri eius visualis: et motus secundo causa eorum lune: ideo duo facit quia primo determinat et declarat quãtitatem diametri solis et qualitatẽ motus eiusdem in diuersis partibus eccen. secundo vero eorundem lune ibi: Lune vero in auge ec. Dicit igitur primo q̃ solis in auge eccen. existẽtis et in opposito eiusdem diameter visualis in q̃titate diuersificatur: nam quia in auge existens a terra magis fit distans minoris quãtitatis ipse videtur: quare diameter eius visibilis minor est: sed in opposito augis eo constituto ẽ diameter visualis maior: nam in auge predicta diameter corda. est extẽditur directe vt corda respectu arcus. 31. m̃. de zodiaco occupat namq̃ in zodiaco 31 minu. sed in opposito augis. 34. vt Ptholeme. septima Almag. declarat: cuius sententiam et rationes in presentiarum silebo: quia vt sphero opus illud impressioni tradam: et tunc in fronte ab eo omnia videri poterunt: non tantum autem Sol in auge et in opposito existens in diametro variationem aquirit immo etiam i motu et claruit mathematice in theorica eius. sicut namq̃ in auge minor est diameter visibilis q̃ in opposito: ita et motus tardior sequitur per demonstrata ibidem. q̃ qua proportione diameter solis in opposito augis vincit eam que est in auge in eadem motus qui fit ab eo in opposito dicto superat motum qui contingit in auge: quare eadem est ratio diametri et motus ea nãq̃ minorata et mot⁹ minoratur: qui augeẽ ea augmẽta. Ideo quantacunq̃ sit diameter si partiatur in. 65 partes de eis sol motu proprio. 5 in hora perambulat: et totam transibit in 13 hora et. 12. minutis: quia diametri visualis ad motum ei⁹ in hora decupla tripla sexquiquinta est pportio et hoc veritatem habet omnibus in locis: appropinquante nãq̃ ad terram ipso sole augetur diameter visibilis et equali proportione motus velocitatur. Notandum q̃ luminarium visibiles diametros instrumentis et maxime astrolabio accipere tali modo: per ansam sumpto astrolabio ita q̃ nature sue dimissum sit tantum voluellam eleuerunt q̃ solis seu lune diametrorũ per ambo foramina supremam partem conspexere. et notato numero graduum et minutorum in dorso astrolabii in quo voluella prefacta fuerit: secundo altitudinem partis infime luminaris visuali linea notauerunt: et inter duas notas differentiam luminaris diametri longitudinem et quãtitatem protulerunt: que quia diuersa in auge et in opposito inuenta est temporibus diuersis: non eandem semper manere diametrum visualem conclusere: sed quia dorsum astrolabij diuiditur in 360. grad⁹ circuli magni. quales sũt equinoctialis et zodiac⁹ sequitur q̃ q̃titas diametri solis est 31. m̃. in auge et. 34. in opposito de zodiaco sed in accipiendo dictarum diametrorum q̃titatem ne error contingeret propter motum diurnum solis: eodem tempore a duobus operatum est.

Deinde cum dicit.

Lune vero in auge eccentrici et epicicli xxix. minuta: sed in auge eccẽtrici et opposito augis epicicli: trigintasex: semp tñ que ẽ proportio quadragita octo ad quadraginta septẽ ea est motus lune in hora ad diametrũ suã visualem: quare sequit̃ q̃ possibile sit vt etiam q̃n̄q̃ Solis eclipsis accidat vniuersalis: nũq̃ tñ naturaliter apparere potuit rõne diuersitatis aspect⁹ vt tot⁹ Sol toti terre vniuersaliter eclipsetur.

¶ Agit de diuersitate eclypsis solis merito varietatis diametri visibilis lune et ei⁹ mot⁹ inequalitatis: nam qñ ipsa in auge eccen. est et epi. quia a terra remotissima: diametrum habet visualem minimam. 29 tantum. m̃. at in auge eccẽ. et epi. opposito: quia propior terre maiorem scz. m̃. 36. in aliis autẽ epi. locis maior ẽ vel minor secũdũ q̃ magis vel minus centro mundi appropinquat. Nõ innotuit autem q̃ta sit diameter visualis lune ea in opposito augis eccen. notandum quia diametrorum visibilium queruntur quantitates propter eccen. que contingunt luminaribus oppositis vel coniunctis. In omni aũt cõiunctiõe seu oppositiõe lunã augẽ ec possidere ex theorica eius claruit: q̃re eclipsis nulla fit ea in opposito augis ec. cõstituta: neq̃ cõsequẽter queritur quãtitas diametri ei⁹ visibilis: et q̃ luna

in opposito augis epi. nõ tantũ diametrum visualẽ lõgiorem hʒ. immo etiã motuʒ velociorẽ ideo vbicũqʒ sit quadraginta octo partes mouetur quarũ diameter predicta. 47. continet illo ĩ loco: vt si diameter octagĩtaſ in. 47. ptes luna motu ꝓprio peragrabit spacium equale et et vltra vna mẽius partiũ. Ex declaratis hic sez diametris visualib⁹/ et supra de diuersitate aspectus patet: ꝙ si solis eclypsis possit contingere vniuersalis/non tamen toti terre immo tantũ alicui regioni: alij vero particularis fiet maior et minor scḋm ꝙ in parte illa diuersitas aspect⁹ variatur: in parte autẽ alia nullo modo erit eclypsis. primum probatur: dato nãqʒ ꝙ sol incurrat eclypsim vbicunqʒ sit dum mõ luna possideat opposi. tum augis epi. diameter visibilis lune maior ꝙ̃ Solis vt dictum est: quare si tunc iungantur per loca visibilia totum solem cooperiet ipsa luna ꝙ est primum: secundum etiam liquet: qꝛ et si luna abscõdat totũ solare corp⁹ alicui regioni propter directũ aspectum: non tamẽ alij regioni quia aspectus diuersificatur partibus ĩ diuersis: imo regioni alicui partem Solis et alicui nullã obumbrabit. Et hoc demõstrãt tabule de diuersitate aspectus in diuersis climatib⁹ vbi varie e diuersificate reperiunt. Et addit naturaliter: qꝛ miraculose contingere potest oppositum: in passiõe nãqʒ redẽptoris nostri iesu xp̃i vniuersum terraꝝ orbẽ lumine negauit et supra naturam vt in oppositione ei⁹ cum luna vniuersalem ecypsim passus est.


Deinde cum dicit

Dũ sol in auge eccentrici fuerit: diameter vmbre ĩ loco transitus lune se hʒ ad diametrum lune visualẽ sicut tredecim ad quinqʒ. Excessus autem eius dũ sol est in auge super diametrum eius dum sol alibi fuerit in eccẽtrico decuplus est ad differentiam motuũ Solis in hora quibus dũ est in auge atqʒ illo loco alio mouetur.


¶ Agit de diuersitate diametrorũ et motuum luminariũ inquantũ durationis in eclypsi lune causant diuersitatem: sole nãqʒ in auge eccẽ. existẽte diameter vmbre terre in qualibet parte trãsitus lune maior est ꝙ̃ eodeʒ in opposito augis constituto/ verbigratia diameter vmbre terre ĩ transitu lune existentis. in opposito augis epicicli maior sole existente in auge eccen. ꝙ̃ eodem in auge: et eodem modo quãdo luna est in auge epi. maiorem vmbram pertransit Sol in auge ꝙ̃ eo in opposito moranie: vt patet ex allegatis propositionibus. Et ideo ponamus Solem in auge/ erit diameter vmbre maior ꝙ̃ diameter lune visualis vbicunqʒ sit ipsa luna erit nãqʒ diameter vmbre sicut. 13. et lune sicut quinqʒ et proportio dupla super tripartiẽs quintas: sed si ponamus solem in alijs ec. ab auge: diameter vmbre minorabitur et excedetur a diametro vmbre dum Sol est in auge in decupla proportiõe quo motus solis in loco illo superat motum eius in auge. ꝑ. g. Motus solis in auge est. 57. mi. et in opposito. 61. 4. videlicet plus continens minuta. vmbra terre Sol in auge excedet eandẽ quãdo ẽ in opposito decies. 4. m̃. hoc ẽ. 40. vñ breuiter in altero locoꝛũ quantum motus superatur a motu contingẽte in reliquo/ decies tantũ vmbra terre excellit vmbrã. Quare habito excessu motus Solis in illa pte super eiusdẽ motũ in auge: habebit decupla sugatio vmbre tre sole ĩ auge ad eandẽ eo ĩ illo dicto loco morãte.

¶ Perfectiori noticia hui⁹ materie de eclypsibus a Ptho. allegato loco perquiratur; q̃ cõplete loquiẗ de hoc verum quia auctor nõ reddit causem quare aliquando eclypsis vtriusqʒ est vniuersalis et quandoqʒ particularis: et si particulares quãdoqʒ maior et longiori tẽpore durans: et quandoqʒ minor et tempore durans breuiori: ex sententia Alphag. pro terminatiõe huius partis vtriusqʒ dabo causas: et primo in eclypsi lunari secundo vero solis: inquit nanqʒ Alphag. differentia. 28. cum luna de se lumen non habeat immo a sole sit accipiẽs quãdo id accipere non potest non lucet: quare eclypsatur: non potest autem ad eam lumen peruenire ꝓpter terre obstaculum: q̃ cum sit corpus opacũ vmbram causat: cui⁹ diameter maior est quam diameter lune eam vniuersaliter eclipsare poterit: et cooperire. sed mota ipsa luna ve locus ꝙ̃ vmbra ab ea separatur versus orientem et a sole illuminata desinit eclypsis. Pro cuius declaratione sit sol a terra b c: cuius vmbra b e: c d: et diameter f g: siquidem luna fuerit precise in sectionuʒ altera nullam possidẽs latitudinem centrum eius f erit in diametro vmbre: q̃ cum ab vmbra vndequaqʒ cooperiatur et excedatur magna proportione: tota eclypsabitur: et per tẽpus eclypsata durabit: diceturqʒ tunc vniuersalis eclypsis cum mora: vt demõstrat luna in f: existẽs.


¶ Secundo si eadem luna latitudinem habuerit quãtitate qua semidiater vmbre vincit semidiametrũ lune vt semidiameter vmbre g c/ sugat semidia



metrū lune h e: quātitate g h: quare sit lūs i h: latitudinē hñs g h: extremitas ei⁹ tāget extremā partē vmbre intrinsecus; quare tota obscurabit per tps aūt eclypsata nō pmanebit: erit tūc eclipsis vniuersalis absq3 mora. ¶ Tertio si luna habuerit latitudinē g d: equam semidyametro vmbre: ita q centrū lune sit in d: extremitate vmbre ei⁹ tm̄ medietas priuabitur: q.s. eclypticam respicit: & erit eclypsis pticularis: q maior vel minor erit sm̄ qd latitudo variatur. nā si latitudo minor sit: ita maior accidet eclypsis et si ea maior eclypsis minor. ¶ Quarto si luna habuerit latitudinem f i: equalem semidyametro vmbre f k: & i k: semidyametro lune. ita q ei⁹ centrū sit in k: ea continget vmbre extremum extra. & eclypsim minime patietur: vñ nunq3 eclypsabitur si latitudo eius sit equalis seu maior, vtraq3 semidyametro. & ita patent cause vniuersalis cū mora & sine. et etiam particularis in luna eclypsis. ¶ Eodem modo & in sole. vt ipse declarat differentia. 29. vnde dicit cū solis eclypsis cōtingat. quia luna interponitur inter aspectum nostrū & solem. q ppter hoc q motum hz velociorē ab ipso separat: et definit eclypsis. quare si ea sit in sectionū altera tempore coniunctiōis. & in zenith: cū locus verus solis sit tam sm̄ longitudinē q̄ latitudinem cū loco lune coniunctus: & diuersitas aspect⁹ sit nulla. vt clarū est ex determinatis erit cōiunctio visibilis vtroq3 modo. quare si luna hēat visibilem diametrū non minorem ea q solis est. vniuersalis erit solaris eclypsis absq3 tamen mora sensibili. nā cito luna ab eo separat: ē nā q3 diameter lune visualis quasi equalis diametro sol. ¶ Secundo si cōiunctio luminariū accidat eis non existib⁹ in zenith immo accidat diuersitas aspectus in latitudine tm̄. & sit latitudo lune eq̄lis diuersitati aspectus in parte tamen diuersa: exempli cā diuersitas aspectus ē meridians 10. mi. & latitudo septentrionalis etiā. 10. minutorum. tunc locus eius versus p̄celse erit ī eclyptica v ot est sol quare cum sit coniunctio in longitudine g



vtriusq3 luminaris centrum eadem linea exiēs ab oculo conspiciētis transibit. & eclypsis iterū vniuersalis sine mora cōtinget. ¶ Sed si non sit latitudo: sed tm̄ diuersitas aspectus: vel tm̄ latitudo & nō diuersitas: vel vtraq3 ad partē eādem. dūmodo non superēt semidyametros Solis & lune eclypsis erit pticularis tāte q̄titatis quantis semidyametri excellunt eas. vbigratia. sit sol in a: & lūe loc⁹ visus in b: diuersitate aspectus et latitudine simul a b: existentib⁹. q solis semidyameter a c: & lune b d: excellunt eas p c d Sol eclypsim patiet particularē sm̄ q̄titatem



c d: & quot digitos eclypticos illa dyametri ps continet. tot de sole eclypsatos proferetur. et in hoc casu pars solis q eclypsim inuenit est q versus lunam est & latitudinem. vnde si latitudo sit septentrionalis seu diuersitas aspectus & pa solis eclypsata septentrionem respiciet: q si latitudo austrina fuerit: & sol per partem meridionalem patiet. at si latitudo lune visa equalis fuerit vtriusq3 luminaris semidyametri extrinsecus sese tangent. & sol lumine minime priuabit. ¶ Quarto si diuersitas aspectus lune tm̄ in lōgitudine fuerit versus orientem. coniunctio visa precedet coniunctionem veram; quare prius erit eclypsis q̄ vera coniunctio. Si vero sint luminaria occidentem versus vera coniunctio q̄ apparens erit prius. & consequēter eclypsis post veram coniunctionem: hec alter non exemplifico cum patuerint ex predeclaratis.

De declinatione & latitudine

Declinatio stelle est distātia ipsius ab equinoctiali: et cōputatur in circulo transeūte per polos mūdi et verum locum stelle quem linea a centro mundi per cētrum corporis stelle ducta designat: latitudo autem stelle est distantia eius ab eclyptica: et computatur in circulo per polos eclyptice & verum locū stelle modo dictum eunte.

Cum latitudo passio sit quedam planetarum anteq3 finem imponat tractatui de motibus planetarum in hac parte vbi agitur de corū passionibus: conueniens est de latitudine facere determinationem. & q3 motus in latitudine presenti capitulo combinatus est cum motu lōgitudinis: difficile maxime videtur de vtroq3 in plano vbi zodiaci longitu-

do nequit describi prout proposito pertinet exēplificare: in spherico autem corpore vbi vtraqꝫ dimensio designatur faciliter demonstrat: ideo opus meum erit totum in littere expositione: ⁊ instrumenti spherici dispositionis ⁊ volutionis declaratione. ⁊ si quid demonstratiōe indigeo it demonstrabo. licet pauca sint: cum fere totū presens capitulum motuum sit narratiuum in latitudine qui apparentia tm̄ comprobati sunt: circa quod capitulum. 4. agit. primo nanqꝫ latitudinem diffinit eam a sole remouendo. secūdo declarat motum latitudinis lune ibi. Luna autē ⁊ alij quinqꝫ. Tertio trium supremorum planetarum ibi. Tres vero superiores. Quarto Veneris ⁊ Mercurij ibi. Sed Venus ⁊ Mercurius. Prima in duas iterum partitur. in prima nanqꝫ declinationem describit ⁊ latitudinem: in secunda vero correlarium infert ibi. Ex his et de sole. circa primam partem est aduertendum q̄ cū equator dicit neutro polorum mundi magis appropinquat: immo ab vtroqꝫ equaliter remouetur: astrum in eo existens neqꝫ polorū alteri vicinabitur: ⁊ consequenter denominationem nullam ab eis accipiet: sed si alteri eorū appropinquat: ⁊ ab equinoctiali remoueatur denominationem sumet ab eis: vnde talem distantiam declinationem astri hoc est ab equatore eius remotionem appellauerūt: qd̄ si huiusmodi remotio fuerit cum propinquitate ad polum borealē declinationem septentrionalem. si vero versus austrum australē rationabiliter nominauerūt haud aliter cum eclyptica a polis zodiaci equidistet: in ea existens astrum neutri eorum magis appropinquabit. neqꝫ ab eis denominabitur. sed si ab eclyptica remoueatur versus polorum alterꝫ quia huiusmodi motus est sm̄ zodiaci latitudinē: latitudo nominata est septentrionalis si quidem ad septentrionem: ⁊ meridionalis si ad meridionalem polum ex eclyptica astrum remotū accedat: vnde patet declinationē ab equinoctiali: latitudinem vero ab eclyptica acceptam esse distantiam: que cum diffiniantur per distantias Distantie autē linea que inter locū astri ⁊ equatorem est arcus circuli magni per polos mundi et verum locum transeuntis: ex quo super equinoctialem angulos facit rectos. sequitur q̄ huiusmodi arcus erit astri declinatio. similiter linea breuior que capi possit inter eclypticam ⁊ eūdem verum locum astri est arcus circuli magni transeuntis per polos zodiaci ⁊ dictum locū interceptus inter locum predictum ⁊ viam solis: ex quo huiusmodi circulus perpendicularis est super eclypticam: erit latitudo arcus prenominatus.

Deinde cum dicit.

Ex his ⁊ de sole supra dictis manifestum est solem nullā habere latitudinē. licet declinatiōem habeat. eoqꝫ semper superficies deferentis eius in superficie ecliptice permaneat.

¶ Infert correlarie q̄ sol nunqꝫ habet latitudinem: cum nanqꝫ latitudo sit distantia ab eclyptica. vt patet ex his que dicta sunt et sol nō distet ab eclyptica. cum semper superficies plana eius deferentis sit sub ea: ⁊ innotuit in theorica eius sequitur solem latitudinem nunqꝫ habere. cum declinationem fere semꝑ habeat: nisi bis in anno: quando scilicet initia possidet arietis ⁊ libre vbi simul existens in eclyptica est in equatore.

Deinde cum dicit.

Luna autem ⁊ alij quinqꝫ latitudinē habent. in luna nanqꝫ propter declinationem axis augem mouentium ab axe zodiaci superficies plana deferētis eius semper superficiem planam ecliptice secat super diametro mundi ab eadem in partes oppositas declinando quantitate sue maxime declinationis semper eadem inuariabiliter permanente. Superficies nanqꝫ plana epicicli eius nunqꝫ a superficie deferentis recedet. Quapropter non habet nisi latitudinem vnā. scilicet que propter declinationem deferētis ab eclyptica contingit.


¶ Agit de latitudīe lune ⁊ duo facit. primo de ea theorice per causam determinat. secundo magis practice declarans modum operatiōis ⁊ rationem dictam latitudinem repertendi per tabulas ibi: Hec autem cognoscitur. Qualiter acceptum sit polos orbium deferentium augem lune a polis eclyptice declinare: ⁊ q̄ eorum superficies ab eclyptica ob hanc declinationem declinat. ⁊ vtranqꝫ alteram scilicet alteri equari: ⁊ q̄ propter hoc ec. lune secet eclypticam ab ea declināns ad partes diuersas ⁊ inde latitudinem adipiscat ⁊ quo modo epi. causa nulla sit: qꝛ epi. superficies plana vnitur cum eadem eccētrici: omnia hec nota sunt ex theorica lune que superuacuum puto in hac parte recapitulare.

Deinde cum dicit.

Hec autē cognoscitur per argumentum latitudinis lune verum. Unde argumētum latitudinis lune medium est arcus zodiaci inter lineam veri motus capitis dracōis et lineam medij motus lune secundum successionem signorum acceptus. Argumentum autem latitudinis lune verum est arcus zodiaci a linea veri mot⁹ capitis ad lineā veri motus lune numeratus secūdum successionem. Subtracto igitur vero motu capitis de vero loco lune. aut addito vero motu lune cum medio motu capitis argumentū latitudinis lune verꝫ ꝓdibit.

¶ Declarat modū inueniēdi latitudinem in tabulis per causam. Reperitur quidē latitudo lune per verum argumentū latitudinis medio autem non indigemus. Est nanqꝫ verum argumētū latitudinis lune arc⁹ zodiaci a linea veri motus capitis sm̄ signorum ordinem ad vsqꝫ verū

locum lune. verbi gratia. caput in a: et luna in b: existentibus: erit argumentum latitudinis a b: quod remanet. si a vero motu lune demas verus motus capitis. vnde existente initio arietis c: si ex vero motu lune c a b: e a: veri capitis demas: argumentum predictum a b: restat. vel secundo habetur. si medio motu capitis c b a: addatur. verus lune c a b: resultat a b c a: completa circulatio. qua subtracta a b: argumentum verum latitu



dinis prodibit. Quod argumentum dicitur. quia eo mediante arcus alter reperitur. semper namque arcus quo mediante alter principaliter intentus immediate reperitur. argumentũ dicitur propter eam causam dictam in theorica de Sole. Et quia arcus intentus est lune latitudo: ideo argumentũ lune latitudinis nominatũ est. Nã quando argumentum nihil est quod contingit luna in capite existente. vel 6 signorum eadẽ in cauda latitudo nulla est quia luna tunc est in nodis et cõsequẽter est in ecliptica. Quando vero est. 3 signorum vel nouẽ in altero ventrium draconis pũctis. s. a nodis equidistantibus maxima est. et in punctis a ventre equidistantibus ad partes oppositas equales. Et similiter in punctis eq̃liter a nodis remotis: quare cum argumentũ designet hec loca in luna latitudines accidunt mõ dicto. Que licet in sphe rico debeant declarari in plano: tamen conabor omnia demonstrare vnũ exto zodiacus c a b: cuius bo realis polus d: augem deferẽtes vero e a f: cuius polus articus g: quia arcus d c: et g e: sunt quarte circuli sunt equales. quare dẽpto cõmuni arcu e g: remanet declinatio poli d g: et declinatio superficiei a c: ab ecliptica adinuicẽ equales. similiter arcus d b: et g f: quia quarte circuli eadẽ ratione equantur quare dẽpto arcu cõmuni d f: restat g d: et f b. equales per tertiã conceptionem primi. ideo cum arcus e c: et b f. equiualent arcui d g: et adinuicẽ erunt equales per primã conceptionẽ eiusdem declinationes. igitur deferentiũ augẽ et etiam e: lune ab ecliptica tam versus septentrionem: quam versus austrum adinuicẽ sunt equales et maxime. quod si nõ erunt alibi luna existente in pũcto h: cuius latitudo circulo producto d i h: erit i h: et ducta quarta circuli g h: erũt duo arcus g d h:

maiores arcu d h: per. 20. primi. que tam in plano quam in spherico verificantur. sed quia d e: equatur g d: et g h: erit longior d h: quare oppositis equalibus d c: et d i: per cõmunem scientiam reliquus arcus c e: maior erit arcu i h: quod est propositum. ¶ Et si l: punctus eclyptice capiatur a c. remotus quantum i: ducta linea d l k: et g k: erunt due latitudines i h: et l k: equales. sunt namque duo latera g d: g h: trianguli g d h: equalia duobus lateribus g d: g k: trianguli g d k: et basis d h: basi d k. per. 73. igitur quidẽ anguli ambo d e: sunt equales per. 26. eiusdem arcubus c i: et e l: equis existentibus. quare demptis d i: et d l: remanẽt i h: et l k/ latitudines equales. quod est secundum. et quia m/ ex b/ equaliter elõgatur. vt l/ ex c/ erit latitudo n m/ equalis latitudini l k/ que cum equaliter distent a capite siquidem a c/ et a b/ quarte sunt zodiaci pretermissa tertia. scilicet quod luna equaliter a capite remota latitudines possidet equales. Et hac de causa in tabula latitudinis lune in lineis numeri ponitur duplex ordo argumentorũ dans eandem vel equalem latitudinẽ. quorum primus a nodo prima distantiam secundum ordinem signorum. et secundus denotatur secundã similiter ibidem notum est argumẽto a 90 gradu seu. 270 vltra citroque equaliter elongato latitudo equalis habetur. Quum igitur per variationem argumenti varietur latitudo lune et per illud reperiatur. et hoc non immerite argumentũ latitudis lune est appellatũ.

Deinde cum dicit.

Tres vero superiores duplicem habent latitudinem: vnam que contingit propter declinationem superficiei deferẽtis a superficie eclyptice in oppositas partes sicut in luna semp quãtitate maxima inuariabili manente: intersectiões tamen deferentium cum eclyptica sup diametro mũdi: que etiam caput et cauda dicuntur non mouẽtur sicut in luna contra successionem signorum. sed sicut dictum est secundũ motum octaue sphere. ita vt auges deferentium illorũ semper circumferentias eclyptice equidistãtes a pte septẽtrionis describãt. Quãquã autem auges illorum semper sint septentrionales, non tamen in omnibus tribus sunt puncta maximarum latitudinũ deferentium ab eclyptica. immo solum in marte sic est, vt aux deferentis maxime declinet ad aquilonem ab eclyptica. Sed in Saturno talis pũctus distat ante augem sui deferentis. scilicet contra successionem quinquaginta gradibus. In ioue vero post augem. scilicet secundũ successionem gradibus viginti.

¶ In parte hac prosequitur de latitudine triũ superiorum planetarum, qui propter hoc quod lati

tudinem habent duplicem/alteram ex parte deferentium: ⁊ alteram causa epi. hic duo facit. quia primo notificat priorem. Secūdo vero secundā ibi. Latitudinem autem aliam. Dicit igitur primo ꝙ tres superiores planete habent vnam latitudinem contingentem ob declinationem superficiei deferentis ab eclyptica versus austrum ⁊ septentrionem per diuersas medietates: que sunt in luna inuariabilis est: nunq̃ augetur neq̃ minuitur sꝫ equalis semper remanet: quapropter quādo planeta est in parte versus aquilonē declinātem latitudinem habet aquilonarē: ⁊ quādo est in alia meridionalem: in nodis vero nullam inuenitur rationabiliter latitudinem habere. Differunt tamen a luna. quia istorum intersectiões que caput cauda etiā dici possūt: nō mouētur sicut in illa contra ordinem signorū. sed tm̄ motu 8. sphere ꝓpter hoc ꝙ deferentes augem mouētur eodē motu sup axi orbis octaui: quare omnium trium auges semper septētrionales sunt: ex quo describunt circulos. polis eclyptice ⁊ ipsi eclyptice. vt dictum fuit ⁊ demonstratū in tertia theorica equidistantes. quare ex quo versus septentrionem inuente sunt: australem latitudinem nunq̃ acquirent. licet autem augium puncta ad articum polum vergant non tamen inter omnia puncta circunferentiarū deferentium ei polo maxime vicinatur. ⁊ ab eclyptica remouētur in omnibus his tribus planetis. sed tm̄ aux Martis maximam habet latitudinem propter hoc quia equaliter distat a nodo vtroq̃: ⁊ in ventre draconis reperitur: vero nanq̃ ventrem draconis pūctum ab ambobus nodis gradib⁹. 90. elongatum quod ab eclyptica latitudinē habet maximam vt supra mathematice patuit: in hoc igitur ventre est aux Martis. vt comprehēsum est. et in alio opposito augis eiusdē oppositum: quare aux latitudinem septentrionalem vltimā habet ⁊ oppositum meridionalem. Est nanq̃ caput Martis in tauri. 14. gradu. 54. mi. hoc tēpore nostro. 14. 95. cauda vero in opposito scorpionis 14. g. 54. m̄. in quoq̃ medio est aux. 14. ⁊. 54. mi. leonis ⁊ oppositum in aquarij 14. g ⁊ 54. mi. in reliquis vero duobus Saturno ⁊ Ioue auges non sunt in ventre draconis eorꝫ: neq̃ maximarum latitudinum sunt puncta: nam pūctus habens maximam latitudinem in Saturno est ante augem eiusdem. scilicet contra ordinem signorum. 50. g. nam eodem tpe caput draconis Saturni est in cancri. g. 23. mi. 6. ⁊ cauda 23. Capricorni ⁊. 6. mi. ⁊ venter eiusdem draconis est. g. 23. 6. mi. Libre in quo eius aux nō est immo. 50. g post in. 13. Sagittarij ⁊. 6. mi. At in Ioue venter draconis est post augē. 20 g. nā caput est in. 13. g. Cācri ⁊ 29. mi. cauda vero in capricorni 13. g. 19. mi. et venter in eodem g. Libre aux vero ei⁹ in Virgine. g. 23. Que omnia si instrumento ostenderent appropriato clara fierēt.

Deinde cum dicit.

Latitudinem autem aliam ex parte supeficiei plane epicicli quādoq̃ a superficie deferētis plana declinantis. Mouetur autem epicidus in latitudinem respectu augis vere super axe suo cētrum eius ⁊ lōgitudines medias transeūtes. taliter tamen vt cum centrū epicicli fuerit in nodo capitis aut caude. aux vera ⁊ oppositum epicicli directe sint in superficie deferentis. ⁊ superficies epicicli in superficie eclyptice. postq̃ autē recedit a nodo diameter augium epicicli declinare incipit a superficie deferētis: ita ꝙ oppositum augis vere epicicli remoueri incipit a superficie deferentis versus eam partem ad quam medietas deferētis per quam tunc moueri centrum epicicli incipit ab eclyptica: ⁊ aux vera epicicli tantundem ad partem oppositam. Et sic continue remouetur aux ⁊ oppositum augis epicicli a superficie deferentis: donec centrum epicicli perueniet ad punctum deferentis maxime ab eclyptica declinantē. scilicet inter duos nodos medium. tunc maxime epicicli superficies cum dicta diametro a deferēte declinat. Ab hoc autem loco successiue declinatio epicicli a deferente minoratur. vsq̃ quo cētrum epicicli peruenerit ad nodum alium in quo iterum tota superficies epicicli erit in superficie eclyptice. et diameter augium verarum in superficie deferentis. Unde axis super quo fit motus iste in latitudinem semper dum centrum epicicli extra nodos fuerit. superficiei eclyptice equidistabit.

Declarat scđm: latitudinē quam tres supiores acquirūt motu epi. in latitudine. Ex qua secundo infert q̃ttuor corelaria ibi. Ex his apparet. Superficies plana epi. in qua planeta in longitudine defertur: nunq̃ est in supficie plana ec. sed quandoq̃ in eclyptica. Quod vt possit declarari. quia in plano non potest demōstrari. Capiatur instrumentum cuius eclyptica secetur a superficie deferētis: ⁊ epi. situetur in sectione altera. ex qua septentrionem incipit moueri motu ec. q̄ caput dicitur ibi tota superficies epi. sit in superficie eclyptice. cuius cētrum quia est in nodo ibidem aux vera et oppositum reperientur: quare ābo erunt in supficie deferentis. Moueatur hinc centrum epi. motu ec. borealem acquirēdo latitudinem ⁊ proportionaliter aux vera inclinari incipiat versus eclypticam. ⁊ oppositum versus septentrionem partem oppositam polis factis duobus punctis mediarum longitudinum et cōtinue sicut centrum epi. appropinquat ventri. ita inclinatio predicta continue augmētetur. ꝙ dum centrum epi. erit in ventre pūcto maxime declinante. talis inclinatio vltima sit. hoc est tam aux q̃ꝫ augis epi. oppositum ad


partes oppositas a superficie ec. maxime elõga
ta sint. Ab hoc autẽ loco moueatur centrũ epi.
versus caudam latitudinẽ epi. centri incipiente
minui. & inclinatio predicta minuet cõtinue: vs-
qꝫ dum centrum epi. in cauda fuerit: vbi eo nul-
lam possidẽte latitudinem inclinatio nulla erit:
immo secũdo tota superficies epi. sub superficie
eclyptice: et aux cũ opposito: qꝛ in nodo in vtra
qꝫ superficie. scilicet ec. & eclyptice. Inde vero cẽ
tro epi. versus ventrem australem moto aux se-
cundo incipiet versus eclypticã reflecti: et oppo
situm versus polum meridionalem que cõtinue
augetur: & maxima iterũ fiet illũ ventrẽ epi. pos
sidente. eo ꝙ epi. ab eclyptica vltimã habet elõ-
gationem. Quo recedente a vẽtre & capiti secũ-
do appropinquãte inclinatio minuitur: & aux et
oppositum versus supficiem deferẽtis redeunt
in qua erunt dum centrũ epi. nodum caput adi-
piscetur. vbi quia centrum epi. ab eclyptica non
elongatur. & diameter augis epi. vere a deferen
tis superficie non differet. vnde q̃tum centrum
epi. elongatur ab eclyptica. tm̃ a superficie defe-
rẽtis aux & oppositum. ita ꝙ oppositum a dicta
ec. superficie elõgatur versus eandẽ partem ad
quam cẽtrum epi. latitudinẽ acquirit: & aux erit
inter eclypticam & superficiem prefatam. Et sic
patet qualiter epi. in latitudine moueatur motu
inclinationis super axi tunc per centrum epi. et
eiusdem lõgitudines medias: que quidem axis
vel in eclyptica erit quando. scilicet centrũ epi.
est i nodis: vel eidem equidistat: videlicet eodẽ
extra nodos existente.

Deinde cum dicit.

Ex his apparet primo ꝙ axis vt di-
ctum est superius super quo fit reuolu-
tio epicicli in lõgitudinem: Axi eclypti
ce quandoqꝫ equidistat: quandoqꝫ vero
non. nunq̃ autem axi eccentrici equidi-
stabit. secundo semp corpus planete dũ
in superiori medietate epicicli fuerit. cẽ-
tro epicicli extra nodos existente: erit in
ter duas superficies. scilicet ecliptice et
sui deferentis: dum autem fuerit in in-
feriori medietate epicicli: erit distãtius
ab ecliptica q̃ deferens ab eadem. Nõ
igitur semper astrum inter deferentem
et eclipticam reperietur. Tertio auges
epiciclorum veras & medias non semp
terminos esse linearum que per cẽtrum
epicicli trahuntur. Verũtamen eas per
tales lineas contingit determinari. vn
de aux media epicicli semper est in sup-
ficie plana orthogonaliter superficiẽ de
ferentis in linea augis medie secante. &
aux vera epicicli in simili superficie secã
te deferentem in linea augis vere. quar
to manifeste patet centra deferẽtium &
equantiũ a superficie plana ecliptice de

clinare. Latitudines autem horum que
scribuntur in tabulis contingunt dũ cẽ-
trum epicicli in puncto deferentis ma-
xime declinante fuerit.

Quattuor ex dictis ꝯcludit correlaria. Quo
rum primum est ꝙ axe eclyptice quandoqꝫ equi
distat axis supra quo fit motus in longitudine:
& quandoqꝫ non: nunq̃ tamen axi ec. p quibꝰ de
monstrandis a b c d: in centro e: circulus descri-
batur cuius eclyptica a c: & poli b: & d: producta
axi b e d: sitqꝫ epi. in eclyptica in pũcto a: erit eiꝰ
superficies eadem cum eclyptica f g: & axis eius
dem h a i: quia igitur omnes anguli e: sunt recti
& etiam a: ex quo formati sunt infra quartas cir
culorum eorum: erunt duo axes eclyptice b d: et
epi. i: & h: equidistantes per 27. & 28 primi qua
re centro epi in auge ec. existẽte axis eiusdẽ epi.
eqdistabit axi eclyptice: quod est primũ. Extra
vero eclypticam qꝛ per predicta diameter augis
& superficies epi. inclinatur: vt in eadem figura.
erit dicta diameter k l: & superficiei eclyptice. vt
patet minime distat: quare ob eandem causam
axis epi. eo extra nodos existente axi eclyptice
non erit equidistãs quod est scdm̃. & hoc diceba
tur in theorica triũ superioꝝ cuius ego ad hunc
locum declarationẽ seruaui. At quia supficies
epi. vt patuit superficie ec. nunq̃ equidistat im-
mo eam secat epi. axis ab ea ec. nunq̃ equidista
bit: quod est tertium.



Secundum correlarium cẽtro epi. extra no-
dos cõstituto. quia aux epi. vera versus eclypti
cam: a superficie deferentis inclinatur: & opposi
tum versus partem oppositã. magis ab eclypti
ca remotum. sequit ꝙ si planeta sit in parte epi.
suprema. scilicet versus augẽ. erit inter eclypti-
cam & superficiem deferentis. & q̃ eadem mino
rem possidebit latitudinem. At si sit versus op
positum augis in parte infima epi. mediis longi
tudinibus maiorem habebit latitudinem: q̃ di
cta superficies: qua de causa non semper plane-
ta inter eclypticam & superficiem antedictã' vt
maledicũt q̃dã ꝛreperit. Tertiũ correlariũ nõ
semp aux media & vera epi. termiat lineas a cẽ-
tro mundi & equãtis ꝑducte per centrũ epi. pro

babitur in prefata figura in qua zodiacus fiat ec. cuius superficies a c: a qua declinet superficies plana epi. k l: et sit k: aux centrũ mundi e: et equã tis m: notum est q si ducant linee e k augis vere et m k: augis medie p cẽtrũ epi. minime trãsibũt. Quod si producant ab eisdẽ e f: et m f: per epi. mediũ: ab auge k: minime termiabunt: quã documque igitur superficies plana epi. a superficie plana ec. remota est. per augem et oppositũ linee augis vere et medie non penetrabũt centrũ epi. Et eo casu vtraque aux in superficie plana epi. orthogonaliter cadente superficiem ec. eamque secãte in lineis augium dictarum. Quod et si non nisi in sphærico demõstrari possit. tñ in predicta figura plana ita exemplifico: ex quo nanque superficies ec. est a c: quam superficies epi. sm eius latitudinem k f i: secat orthogonaliter in linea e f: et m f: erit aux vtraque in hac superficie sm latitudinem: et sm longitudinem semp in superficie k l: erit igitur k. Cõtingit tamen quãlibet earũ lineas per mediũ epi. productas terminari: et hoc quando cẽtrum epi. in nodis morat. Quare tũc aux et oppositum erunt in superficie f g. Quare ducta linea e f: per centrũ epi. a puncto f: augis terminabitur. Hoc autẽ qui vult mente cape instrumentum materiale sphericum habeat apud se: quia aliter nullus pcipere posset nisi vigeat imaginatione. ¶ Sed contra hoc tertium correlarium non incõgrue quis dubitare posset: quum aux media in theoricis lune et triũ superiorũ planetarum descripta sit per esse punctũ terminantem lineam p cẽtrum epi. ptractam. et similiter aux vera ostenditur p lineam idem centrum penetrantem. Qua de causa q augis dicte ostendantur a lineis p centrum epi. essentiale est eis. Sed qd est alicui essentiale semp inest ei. quare semper linee ostendentes auges p medium epi. preteribunt. ¶ Et cõfirmatur quia quod essentiale est alicui: et in illius ponitur diffinitiõe nõ accidit ei: essentiale nanque et accidentale ex opposito distinguuntur. siquidem igitur auges terminare lineas productas per centrũ epi. est eis essentiale. qualiter igitur hoc continget: vt in littera dicit autor. ¶ Immo qd plus est sibipsi cõtradicit: cum in theoricis prenominatis diffinuerit auges epi. ceu modo dictum est: et modo eius habet oppositum. ¶ Secundo ad idem aux est linee punctus longissime. que possit trahi a centro ad circunferẽtiam epi. ideo nanque aux nominata est. quia est circunferentie epi. punctus a cẽtro remotissimus. vt dictum est in allegatis theoricis. modo linea que ad epi. producit circũferẽtiam et non per centrum eius non est longissima neque eam terminans punctus a centro remotissimus. vt si linea augis vere esset e k: non transiens per centrũ epi. cum duo latera a e: et a k: triãguli a e k: per. 20. primi elementorum sint lõgiora tertio e k: et dicta duo latera a e: et a k: equiualeant linee e f: sequitur lineam e f: esse lõgiorem linea augis e k: et consequenter f. punctum circũferentie epi. remotiorem a centro e: quam k: aux vera: quod sit sit falsum quilibet fatet. ¶ Ad hoc dubium respondetur breuiter augẽ epi. tam veram quam mediã semper ostendi per lineas centrũ epi. penetrãtes et a centro a quo accipiũtur semper maxime distare inter omnes punctos superficiei plane quam planeta motu lõgitudinis describit. Pro quorũ declaratione est notandũ q lineam per centrum epi. transire dupliciter contigit. primo mõ tm sm epi. lõgitudinẽ ita q illa linea terminet ad eundẽ punctũ zodiaci sm longitudinem. quo finit linea vere per cẽtrum illud transiens. vnde quia he due linee sunt in puncto eodem zodiaci et coniuncte sm longitudinẽ ambe per centrum eius transire dicuntur. quia ambe secant epi. sm eius longitudinem in ptes equales. Et isto modo lineam trãsire per centrũ epi. in diffinitione augis ponitur. Semp nanque aux quelibet per lineã penetrãtem centrum epi. modo declarato ostenditur. Qualiter etiam autor in preallegatis theoricis intellexit. Alio modo linea potest per centrum epi. tam sm longitudinem quam etiam latitudinem trãsire: q sit eius axis nec aliquo modo a dicto centro remoueatur: et ita lineas augium per centrũ transire non est necesse. imo contingit sicut in textu dicit autor: quia nãque in nodorum aliquo est epi. tũc linea augis transit per medium eius: ex quo centrũ et aux est in circunferentia eccẽ. alias vero epi. a nodis remoto non transit per eius medium. quia aux remota est a circunferentia ec. et eius superficie plana. Et per hoc solutum est primũ: est nãque essentiale augi qd ostendatur per lineã penetrantem cẽtrum epi. primo modo. scilicet tm sm longitudinem si per idem transeat secundo modo contingit. Et consequenter patet q autor sibi non cõtradicit cum diuersos habeat hic et ibi intellectus. ¶ Ad secũdum respondet q aux est pũctus superficiei plane epi. maxime a centro a quo accipitur elongatus. vt aux vera a centro mũdi et media a cẽtro equãtis: verum quia tam auges epi. quam opposita imaginantur p habenda distantia planete: ibi vel in parte illa est aux similiter et eius oppositum vbi planeta esse põt et moueri: at quia planeta non mouetur nisi in superficie epi. plana: illius superficiei punctus maxime remotus aux est nominatus. et licet in epi. plures puncti distãtiores isto dentur. quia tamen in eis nunquam est neque erit planeta aux illorum nullũ nominari meret. Exempli causa in figura priori est superficies plana epi. qua i lõgitudie defert k l: et semp in ea est in qua ex quo nõ datur punctus distantior a cẽtro ille est aux: et non alius. Si vero epi. sit in nodorum aliquo. tunc punctus augis distantior est a centro non tm alijs qui sunt in ea superficie. verũ etiam ceteris: et hoc est contingens. Et ita patet solutio huius questionis: quam et si alio modo potuissem soluere. quia tamen predicta optima vident michi et ita est nolo multiplicare sermonem. ¶ Quartum correlarium sepius deductum est precipue in theorica lune et trium superiorum: cum nanque in his auges ab eclyptica latitudinem possideãt: et centra deferentiũ et equãtium augibus supponentur. eadẽ nanque linea a centro totius per cẽtra dicta transiẽs ad auges desinit. clarum est et eã a circunferentia eclyptice elongari. quinimo ad partẽ eandem ad quam auges. vnde quia trium supremorũ planetarum auges ad septentrionẽ declinant. et centra ea erunt borealia. et hoc quartum correlarium non infert ex his que dicta sunt de motu latitudinis epi. vel eccen. dictum est enim ibi q semp auges horum

trium septentrionalem habent latitudinē: quare sequitur ꝙ et centra eorum. ¶ Patet igit̃ ꝙ his tribus planetis duplex ↄtingit latitudo ratione scilicet deferentis: ⁊ causa epi. que multiformiter variant̃ in tabulis scripserunt antiqui nostri astronomie autores latitudines planete varietas per singulos gradus epyci. ⁊ argumē͂ti: ac si centrum eius esset in ventre draconis: et puncto ec. maxime declinante: non enim potuissent signare latitudies variatas ꝑ singulos gradus argumenti epi. in singulis gradibus centri veri constituto. Quia quot in ec. essent gradus tot indiguissent tabulis: qḋ longū fuisset nimis ⁊ nō minus fastidiosum. Sed tn̄ eas que in vētre existente epi. contingūt notarūt. ꝓ si epi. ibi notari equatū cētrū ostēdat: latitudo tota quā verum dat argumētū planete esset latitudo. At si pdict⁹ epi. nō fuerit in vētre nō erit tota latitudo planete. sed de ea capit̃ pars ꝓportionalis ad totā seu minuta ꝑ centrū regta ad. 60. se hn̄t Quā operationem quia tabularū canoniste declarant amplius eam notificare non curo.

Deinde cum dicit.

Sed venus ⁊ mercuri⁹ triplicē solent habere latitudinē. Unam ex parte deferentis que deuiatio dicitur. Aliā ex parte inclinationis diametri augis vere et oppositi epicicli que inclinatio vocatur Tertium ex parte reflectionis diametri longitudinum mediarū respectu augis vere que reflexio appellat̃. Superficies nanqꝫ deferentis in latitudinem: nūc ad partem septentrionis, nunc meridiei super diametro mūdi mouetur. Cui⁹ motus poli vtrinqꝫ ab auge equātus nonaginta gradibus eclyptice distāt. Ibi enī caput ⁊ cauda fiunt. Hic tamen mot⁹ latitudinis motui cētri epycicli taliter est proportionatus. vt quando centrū epycicli fuerit in aliquo loco nodorum scilicet nonaginta gradibus ab auge equātis distās. nulla est deuiatio deferentis. sed tota superficies eius in supficie eclyptice existit. deinde centro epycicli eius nodo recedente incipit deferens deuiare. ita vt medietas eius quā ingreditur centrum epycicli in venere quidē semper declinet ad aquilonem. in mercurio vero semper ad austrum. Et augetur successiue deuiatio. donec cētrum epycicli peruenerit ad augem deferētis vel ei⁹ oppositum. tunc enim deuiatio est maxima. in venere quidem minuta decem septem: in mercurio minuta quadraginta quinqꝫ. que vlterius continue minoratur vsqꝫ quo cētrum epycicli in nodū aliū peruenerit. vbi rursus nulla fiet deuiatio. post iterum fiet vt prius. Ubi pꝫ sicut nunqꝫ centrū epycicli veneris versus meridiem deuiat ab ecliptica. ita nūqꝫ centrū epycicli mercurij versus aquilonem contingit deuiare. Manifestum est etiam motum circuitionis cētri epycicli in deferente equalem esse reditioni deferētis in latitudine. Hinc similiter apparet polos super quibus fit motus deferentis in longitudinem vt dictum est supra. nunc ad polos zodiaci accedere. nūc ab eis remoueri. Propter dictas autē deuiatiōes orbib⁹ pnūeratis aliū mūdo cōcentricū pdictos oēs icludētē superaddi videt̃ oportere. ad cuius motū trepidationis pdicte deuiationes accedāt.

¶ In hac pte mot⁹ in latitudie veneris ⁊ mercurij innotescit: hn̄t nanqꝫ tres motus latitudinis eorum singuli quorū primi causa est ec. q̇ dicitur deuiatio secundi epycicli per diametrū augis ⁊ oppositi qui inclinatio nominat̃: tertiū vero idem epyciclus per diametrum euntē per lōgitudines medias eius. quem reflexionē appellarunt. ideo tria facit. primo nanqꝫ de ec. deuiatione. secundo de epi. inclinatione ibi: sed superficies plana epi. ⁊ tertio prosequit̃ de eiusdem reflexione ibi: secūdo autem mouetur. Ad hoc vt motus deuiatiōis percipi possit capiatur instrumētum proprium sphericum habēs superficiem planam eccentrici secātem eclypticam in duob⁹ locis oppositis capitis scꝫ ⁊ caude draconis: in quibus sectiōibus claui taliter sint infixi ꝙ possit super eis dicta superficies in latitudine moueri: vt para borealis australis: et australis fiat borealis: ⁊ talis mot⁹ deuiatio dict⁹ est: eo ꝙ eo superficies eccē. deuiat tunc ad arctos ⁊ nūc ad austrū ab eclyptica. Ponat̃ nanqꝫ epiciclus in dictoꝝ altero nodorū: et superficies eccentrici sub eclyptica: nusqꝫ deuiās. Inde epyciclus in lōgitudine motus remoueat̃: ⁊ proportionaliter superficies inchoat deuiationē. vt medietas ī qua epyciclus veneris egreditur ad septentrionē et mercurij ad austrū et opposite medietates ad partē oppositam deueniant. Et augent̃ huiusmodi deuiationes vsqꝫ quo epycicli dictorum perueniāt in ventrē draconis punctū. 90. gradu a dicto nodo semotum. in quo eis existibus maxime erūt in Venere. 17. minutorum: ⁊. 45. in Mercurio. A quo loco epi. elongatis diminuuntur vsqꝫ ad secundum nodum: vbi nulla erit sed tota circūferētia eccētrici secūdo fiet in eclyptica. Remoto autem epyciclo ab hac sectiōe versus ventrē reliquum. iterum deuiatio acquiritur vt pars in qua Veneris epycicl⁹ ingredit̃ ad boreā: ⁊ mercurij ad meridiē deuiant. et relique medietates oppositas acquirant latitudines. et epyciclo in ventrem perueniento secundo maxima erit. A quo si discedat versus priorem nodū deuiatio remit

titur in tantum. vt in nodo nulla fiet sicut prius & eadē dispositio reuersa erit. ¶ Notandum est ꝑ perfectiori intelligentia huius ptis ꝙ antiqui astra cōtemplantes epyciclum Veneris septentrionalē possidentē latitudinē: ad eclypticā perceperūt appropinquari: ad quam peruētum vbi nullam possidentē latitudinem australē acquirere expectarent ad partem septentrionalem reuersum esse admirati sunt. Quare cum ingressus sit medietatem que erat meridionalis & nō est factus meridionalis: immo iterū septentrionalis fateri coacti sunt medietatem illā septentrionem acquisiuisse latitudinē vbi prius meridionalem haberet: & reliquam que septentrionalis in meridiē versa esset: quā motū deuiatiōis nominauerūt qui modo expositus est. Econtrario autem epyciclum mercurij moueri deprehēderunt: qui cum esset australis versus eclypticā motus latitudinem perdēs ad meridiem iterū se contulit. quare cum deuenerit ad partem illā que septentrionem possidebat. & nō est factus septētrionalis concluserūt partem dictam cū epiciclo ad austrum motam esse: & oppositam ex austro ad aquilonem. Et hoc est quod primo inferendo ait: ꝙ sicut nunq̄ centrū epycicli veneris ab eclyptica versus austrum ita nunq̄ centrum epycicli mercurij versus septentrionem deuiat.
¶ Secundo infert ꝙ equali tempore hoc est in anno centrū epycicli circuit & compplet motum longitudinis. & eccentricus motum deuiationis quia donec epyciclus veneris mouetur in medietate eccentrici illa deuiat versus septentrionem at quando est in alia illa prior versus austrū: sed motus deuiationis integratur ex partiali deuiatione versus septētrionē: & deuiatione ꝟsus meridiem: quare donec epyciclus moueat̄ ꝑ vtrāq̄ medietatem motus deuiationis complebitur.
¶ Tertio infert. ꝙ propter hunc motū sicut eccentrici superficies ab eclyptica ad ptes diuersas elōgatur & ei appropinquat: ita & poli eccentrici a polis eclyptice recedūt & accedunt siquidē poli quarta circuli distāt a superficie: qđ pʒ ex multotiens dictis. Et hoc dixit etiā in theoricis veneris & Mercurij: quod hic promisi exponere.
¶ Quarto infert ꝙ cū epycicli deferēs habeat motū propriū in lōgitudine zodiaci: motus hic in latitudine ei non erit proprius: siquidem corpora singula singulis feruntur motibus: erit igit̄ aliud corpus mūdo ꝯcentricū ambiēs totā spherā cuiusq̄ eoꝝ Veneris & mercurij qđ motu ꝓprio deuiatiōis motu ferat̄: & rapiat orbes eoꝝ.

Deinde cum dicit.

Sed superficies epicicli plana a superficie deferentis hac atq̄ illac declinādo mouetur. Primo super diametro epicicli per lōgitudines medias ab auge vera eunte: quo motu fit. vt diameter augis vere & oppositi superficiem deferentis secet: ita vt aux veram vnam partē & oppositum in aliam a deferente declinent. Hec tamen declinatio motui centrai epicicli taliter ꝓportionatur. vt quā docunq̄ centrum epicicli fuerit in auge equantis: dicta diameter nusq̄ a deferēte declinet. sed in superficie eius constituatur. Cētro aūt epicicli ab ea recedente. aux vera epicicli a superficie deferentis declinare īcipit. in venere quidē versus septētionē. in mercurio vero ad meridiem. & oppositum augis vere ad partem oppositam. que declinatio cōtinue augetur vsq̄ quo centrū epicicli ad nodum caude peruenerit. scilicet dū ab auge equantis nonaginta gradibus secūdum successionē signorū distiterit. tunc enim maxima dicte diametri cōtingit declinatio: que postea continue minorabitur: donec centrum epicicli ad oppositū augis equātis ꝑuenerit: vbi rursus nusq̄ dicta diameter declinat. sed in superficie deferentis cōstituit̄. Inde vero centro epicicli recedēte versus nodum alium. aux vera declinare incipit a superficie deferentis: in venere quidē ad meridiē. in mercurio aūt ad aquilonē: & oppositū augis ad partem oppositā. & maiorat̄ successiue declinatio. donec ad nodum aliū peruenerit centrū epicicli. vbi rursus maxima fiet. Dehinc aūt decrescit donec in augē equātis venerit: vbi sicut prio dicta diameter in superficie deferētis erit. Inde prior dispositio redit. Q̄ncunq̄ igit̄ maxima deferentis deuiatio contingit: nullam epicidus declinationem habet: & quando hec nulla est illa maxima est.
¶ Manifestat secundā latitudinē q̄ epycicli inclinatio dr̄: mouet̄ nāq̄ epyciclus veneris & mercurij in latitudine sup axi eūte ꝑ centrū eius & medias longitudines: vt aux vera a superficie deferentis & oppositū ad diuersas ꝑtes in tribus superiorib⁹ remouent̄ taliter vt cū epyciclus fuerit in auge equātis inclinatio dicta nulla est: immo tota diameter augis epi. est in superficie deferentis. Sed si ab auge elonget̄ declinatio incipit auge. s. veneris epycicli ad borealem polum: mercurij vero ad australē & opposito ad partem oppositā inclinante. q̄ successiue aucta maxima fiet dū epiciclus in nodo caude ꝑuenerit: ab hoc aūt loco epyciclo elōgato illa diminuit̄: intātū ꝙ eo augis oppositū possidente iterū nulla inuēta erit. Ab opposito aūt augis equātis discedēte īcipiet scđo inclinatio augis epycicli veneris ad meridiē: & mercurij ad septētrionē: & oppositoꝝ ad oppositas partes: et vltime erit in nodo capitis. Inde vero decrescet vt in auge epi. motāte vt prius nusq̄ augis diameter a superficie


ec. plana inclinata erit. vnde qz in nodo nulla ec. deuiatio et maxima epycicli inclinatio: in ventre vero deuiatio maxima: et inclinatio nulla: quod econtrario modo he due latitudines se habeant notum est.

Deinde cum dicit.

Secundo aūt mouetur supficies plana epicicli a superficie deferētis declinādo sup diametro epicicli p augē verā et ei⁹ oppositum eūte: quo motu fit vt diameter p lōgitudīes medias ab auge vera transiēs superficiem deferentis nūqz secet. ita vt medietas epicicli sinistra in vnā partē: dextra in aliam a deferēte reflectātur. sinistrā autē voco que post augem epicicli secūdum successionē existit. Hec tñ dicta diametri reflexio etiā motui cētri epicicli proportionata est taliter. vt qñcūqz centrū epicicli fuerit in nodo capitis. s. in intersectiōe añ augē deferētis cōtra successionem signorū gradibus nonaginta: nulla sit dicte diametri reflexio. sed in eadē superficie cū deferēte locet. Centro aūt epicicli hic versus augē recedēte medietas diametri dicte sinistra siue oriētalis a supficie deferētis. i. venere qdē ad septentrionē. sz in mercurio ad austrū incipit reflecti. altera vero medietas versus partē oppositā. q quidem reflexio continue augetur. vsqz quo centrū epicicli ad augem equantis venerit. vbi tunc maxima fiet. Post vero versus nodū aliū decrescet: donec ad eūdē centrū epicicli pueniet. vbi rursus nulla accidet reflexio. Sed ab hoc loco centro epicicli transeūte versus oppositum augis equātis. iterū medietas sinistra diametri eūtis per lōgitudines medias incipit reflecti. in venere quidē ad meridiem. ad aquilonem aūt in mercurio. et augebitur vsquequo veniet ad oppositum augis equāns. vbi tūc iterum maxima fiet. Hinc aūt minuetur successiue vsqz dum centrum epicicli ad nodū capitis reuertitur. vbi nulla fiet reflexio et rursus habitudo prior redibit. manifestum est igitur in loco deferētis vbi nulla contingit epicicli declinatio: maximā eius reflexionem accidere. deuiationes itaqz ab ecliptica. declinatiōes autem et reflexiones a deferente computantur. Et que scribuntur in tabulis sūt que contingunt dum maxime fiunt. Cum autē maxima contingit reflexio. scz in auge deferētis vel opposito existēte cētro epicicli: extremitas diametri que reflectitur minorē hz reflexionē. quam plures partes circūferētie epicicli sub ea versus oppositum augis existēns. punctus tamē circunferētie epicicli contactus a linea eam contingente a centro mundi protracta. tunc pre ceteris maximam hz reflexionem. sicut itaqz motus declinationis epicicli fit super diametro que reflectitur. ita ecōuerso motus reflexionis epicicli super diametro declinante accidit. vnde vicissim vna est axis motus alterius. Non igitur in istis sicut in superioribus oportet axem sup quo fit motus inclinatiōis epicicli cum extra nodos fuerit supficiei ecliptice equidistare. ppter dictas epiciclorū inclinationes atqz reflectiōes orbes pui epiciclos intra se locātes. a quibusdam ponūtur ad quorū motum eadem contingunt.

C Exponit tertium motū in latitudine Veneris et Mercurij ex reflexione diametri per longitudines medias euntis: polis factis punctis augis vere et oppositi eius: supra quibus predicta diameter reflectitur secundum vnam partem ad polū alterum: et ad reliquum per alteram a superficie deferentis: centro epycicli a superficie eadē nūqz elongato: longitudinum mediarum punctus orientem versus ad quem primo peruenit planeta in auge existens epycicli sinister dicitur: et medietas illa tota epycicli ab auge vera ad oppositum vsqz in qua dictus punctus intercipitur sinistra pars dicta est. reliquus punctus cum medietate dexter: cui⁹ causa est quia in situ nostro illa sinistra: et hec dextra. vel et melius qz ad partem orientalem defertur planeta motu proprio directo ab occidente inchoans illum. vnde autē incipit motus secundo de celo dextrum: et sinistrum dicitur ad quod desinit: non igitur sine ratione has denominationes predicte partes sortite sunt: accepto modo instrumento appropriato epyciclus in nodo capitis situetur: q augem precedit gradibus nonaginta: vbi reflexio nulla inuenta erit: qui immo tota diameter longitudinum mediarum epycicli in superficie deferētis situabitur. Moueatur deinde epyciclus motu eccentrici versus augem reflexio inchoabit: vnde pars orientalis et sinistra: in Venere ad aquilonem in Mercurio vero ad austrum: et sinistre earum ad opposita reflectuntur. Que continue aucta in vtroqz astro vltima inuenietur eorum epyciclis augem ec possidentibus et equantis. et ab hoc loco remotis minuetur. quod iterum nulla erit eisdem ad nodū secūdum. scilicet caude peruenientis. Post hoc vero epyciclus remotus a tali nodo: reflexio secundo incipiet. et diameter pre-

dicta a superficie ec. reflectit. vt pars sinistra veneris australem. Mercurij vero borealem ⁊ dextra oppositam acquirūt latitudinē: qua in summo erit dum centra epyciclorum augis obtinebunt opposita: inde vero remotis minuūt intm̄ ꝙ iterum nulla reperietur reflexio: cū priorem nodū capitis acquisiuerit: imo tota diameter lōgitudinum mediarum reflectēs in superficie ec. situata manebit: et prior redibit dispositio: erit igitur in nodo vtroq; reflexio nulla: ⁊ in ventre maxima sicut etiā deuiatio: at inclinatio in ventre nulla ⁊ maxima in nodo: quare per oppositū se habent. quia vbi inclinatio nulla reflexio ⁊ deuiatio maxima: ⁊ hoc in ventre draconis: et vbi inclinatio maxima epyciclo nodos possidente: erit reflexio ⁊ deuiatio nulla: et in hoc conuenit reflexio cum deuiatione: ⁊ vtraq; differūt ab inclinatione. differt autem reflexio a deuiatiōe. q2 deuiatio est ec. ab eclyptica remotio: reflexio vero epycicli ab eccētrici superficie. ⁊ similiter inclinatio: ambe nanq; sunt in epyciclo. Distinguūtur tamē. quia inclinatio est diametri augis: polis longitudinib⁹ mediis existentib⁹: ⁊ p eas cūte diametro existente axi. Reflexio nanq; econuerso cum sit diametri longitudinum mediarū: factis polis auge vera ⁊ opposito ⁊ axi p ea cunte linea. vnde patet ꝙ mot⁹ inclinationis fit super diametro que reflectitur: ⁊ motus reflexionis super diametro inclinante. quare alter a in alterius motu est axis adinuicem. sequitur etiam ꝙ propter motum hunc reflexionis: axis longitudinum mediarum supra quo fit mot⁹ inclinationis: nō est necesse ꝙ equidistet eclyptice semper in Venere ⁊ Mercurio sicuti in tribus superioribus. nam propter hunc motum reflexionis vna extremitas dicte diametri magis vicinatur eclyptice q̄ꝫ reliqua vt innotuit: nota tamen ꝙ ⁊ si diameter longitudinis medie reflectat̄: nō tamē maxime reflectitur: immo maxime reflectitur punctus contingentie a linea ducta a centro mundi epyciclum contingentem. qui non est aliqua longitudinum mediarum. Unde eccentrico a: in quo epyciclo b c d e: designato: et centro totius f: a quo linea p cētrū epycicli f a b: ⁊ ei perpendicularis per idem cētrū c a e: cum b: sit aux ⁊ d: oppositum non est dubium c: ⁊ e: esse longitudinum mediarum puncta: ducatur quoq; f g: epyciclum in puncto g: cōtingens. notum est pūctum g: esse maxime reflectens: ad quod si ducatur a g: erit perpendicularis: ⁊ angulus g: trianguli a f g: rect⁹ per. 17. 3 quare per. 32 primi angulus f a g: minor recto: et consequenter arc⁹ g d: minor quarta circuli: quare non equidistet ab b: ⁊ d: non est lōgitudo. nāq; media reflexio maxima non reperitur. quinimo omnia puncta inter eam c: ⁊ punctum contactus g: magis reflectunt. Haud aliter deduci potest reliquum punctum longitudinis medie non maxime reflecti: sinmo punctus a linea producta a centro mundi ⁊ omnes puncti epycicli inter eum ⁊ longitudinem mediam maiorem inueniunt reflexionem. Et ita habemus declaratos tres motus latitudinis. Veneris ⁊ Mercurij. Que autem latitudines in tabulis scripte sunt: maxime sunt que contingere possūt: vt deuiationes centro epycicli in ventre aliquo: ⁊ similiter reflexiones ⁊ in-



clinationes in nodis existēte eodem: in quib⁹ locis argumentum per gradus singulos latitudines has ostendit: quod factū est ob causam narratam inde latitudine trium supremorum planetarum. Quod si centrum medium demonstret epyciclum esse in vētre tota reflexio et deuiatio est latitudo planete que scilicet per verum capitur argumentum. Et si in nodis tota inclinatio At si centrum equatum non demonstret epyciclum hec loca possidere: tam reflectionis q̄ꝫ inclinatiōis pars proportionalis accipi debet sm̄ minutorum proportionalium ad. 60. proportionem: ceu precipiunt tabularum de latitudine canones. vbi opatio huiusmodi declarat̄. ¶ Anteq; finem imponam doctrine de latitudine duo videnda restant. primum est vt aliquid de fixorum syderum latitudine dicatur propter hoc quod nihil meminit auctor: solum enim de planetarum agit proprietatibus. sm̄ quia in principio capituli huius de latitudine declinationem astri descripsit. ne superuacue diffinitio ea posita sit de declinatione astrorum aliquid ⁊ breuiter erit determinandum. ¶ Dico igitur de primo sm̄ mentem Alphragani. capitulo. 18. ꝙ cū octaua sphera voluatur super polis zodiaci ordine signorū sm̄ suam opinionem: et Ptholo. qui non perceperunt motum trepidationis in sequenti capitulo declarandum: quem moderniores adinuenerunt: ⁊ omnes stelle fixe: que in alio orbe sunt faciant circulos eq̄distantes a dictis polis: ⁊ eclyptica equidistet ab eisdem: omnis stella existēs in eclyptica: eclypticam describet. ⁊ in eadem cōtinuo reperietur: et talis nunq̄ꝫ latitudinem cognoscet. ¶ Secunda regula stella que nō est in eclyptica tam ei: q̄ꝫ polis equidistantem circulum describet. quare latitudinem semper possidebit et iuariabilem: ⁊ equalem. quod si versus septentrionem ab eclyptica remoueatur: latitudinem semper possidebit ⁊ iuariabilem: ⁊ equalem. ꝙ si versus septentrionem ab eclyptica remoueatur latitudinem semper habebit aquilonarem. ⁊ si ad austrū verget latitudo ei⁹ erit meridionalis. ¶ De scd̄o scilicet declinatiōe quas

tuor pono regulas quarũ prima est: q cum omnis stella tã fixa q̃ errãs supra pol' zodiaci moueat motu proprio sm premissam dictorum loquor opinionẽ. ⁊ eclyptica secet equatorẽ in principijs arietis ⁊ libre: omnis stella que nullã vnq̃ latitudinẽ sortit vt sol ⁊ stella existẽs in eclyptica: dum fuerit in dictis punctis initijs arietis ⁊ libre nuſq̃ declinabit. immo in equinoctiali existens a polo mundi vtroq; equali remotione distabit: extra vero hec loca declinationẽ semper inueniet borealem: si in eclyptice medietate que est a principio arietis ad finem vsq; virginis ⁊ meridionalem si in reliqua que est ab initio libre vsq; ad terminum piscium moueat. ¶ Secunda regula si astrum maiorem habeat ab eclyptica latitudinẽ 23 g 33. minutorum quanta est maxima declinatio eclyptice ex quo in motu describunt parallelũ eclyptice circulũ: que nũq̃ tanget equinoctialẽ: quare nunq̃ declinatione carebit sz. q̃. si sit versus septentrionem ab eclyptica remotũ plus 24. g̃ quando erit in principio capricorni magis ei. c gat ab eo q̃ capricorn' ab equatore. quare non erit in eqnoctiali: imo semp versus septentrionẽ ab eo declinabit. sic si sit v̄sus austrum ab eclyptica plus. 24. g̃ elongatũ quãdo erit in principio Cancri vbi est appropinquatio ad aquilonem polũ: eadẽ ratione equinoctialem nõ tanget. quare australe ab eo semper erit ¶ Tertia regula si astrũ tm̃ ab eclyptica q̃tu3 ea ab equatore maxime elongeẽ circulum describet eclyptice eq̃distantem: ⁊ equatorem in puncto contingentem in principio capricorni vel cãcri. exẽpli cã. si stella vergat ad boreã q̃tum est maxima declinatio zodiaci: in principio Capricorni existens: tm̃ ab eo distabit v̄sus artos q̃tũ hoc ab equinoctiali versus meridiem. quare eo tunc declinationẽ nullã habebit. alias vero semper borealem. similiter eadem si existat ab eclyptica australis cuius latitudo equeẽ dicte maxime declinationi: quando erit in principio Cancri tm̃ erit in equatore eadem ratione: alias vero semper australem obtinebit declinationem ⁊ he due imediate precedentes regule veritatẽ habent tm̃ de stellis fixis. qr nullus planetarũ latitudinem habere potest equalem maxime declinationem eclyptice. ¶ Quarta regula si stella nõ sit in eclyptica. vt dicit prima regula verũ ab ea minus remoueatur q̃ sit maxima declinatio solis circulus quẽ ipsa describit in reuolutione cõpleta equatorem secabit in duobus locis: qd̃ satis patet ex dictis. in quibus cũ ea fuerit declinatione priuabitur. in alijs vero locis eam semper habebit ad partes oppositas: ⁊ licet potuissem figura plana de his exempla dare: qr tamen clarius liquent in spherico instrumẽto: aliter q̃ dictum sit declarare superuacuũ esset.

De motu octaue sphere.

Octaue vero sphere ad cui' motũ (vt sepe dictũ est) orbes deferentes auges planetarũ mutantur: triplex inest motus: vn' quidẽ a primo mob. li. scilicet diurnus quo in die naturali semel super polis mundi reuoluitur.

Expedita cum laude dei theoricali determinatione oim errantium stellarũ motuum reliquarumq; passionũ earum: in hac parte aggrediẽ sciẽtiam 8. sphere motuũ ⁊ proprietatũ. Neq; indecenter de ea prosequiẽ cũ per se faciat ad scire. theorici nãq; astronomi est motuũ celestium qualitatem inuestigare. eorũq; apparẽtias saluare. ⁊ tanto magis orbis 8. quanto ei' motu plura astra feruntur q̃ ei infixa sunt. ¶ Preter hoc autem eius scientia necessaria est in sciendo motus planetarũ eorum: nanq; omnium (lune preter) auges deferentes eodem motu ⁊ equali velocitate mouenẽ cum. 8. sphera. quinimo deferẽtes etiam augem eq̃tis mercurij. qua de causa orbes illos v̄ntre motus. 8. sphere continuo enumerat autor. quare si eorũ orbiũ q̃litates motuum liceat habere. octaui orbis prius motum nõ ignorare necessium est. ⁊ hac de causa tabule varũ planete motum minime possunt ostẽdere: nisi prius huius orbis localẽ motum tribuãt. Et hanc necessitatem innuit auctor qñ dicit 8. sphere ad cui' motum. vt sepe dictum est. s. in theoricis planetarum deferentes auges planetarũ mutantur: triplex est motus. ¶ Eius tñ determinationẽ in fine ponit ⁊ post cõpletã sciam planetarum: ꝑpter eius difficultatem. motus nanq; ei' est tante tarditatis q vix in magno tp̄is spacio ꝑcipi põt. immo plures cõsiderationes ⁊ considerationes inspicere op3. qua de cã diuersi diuersa de eo imaginati sũt. ⁊ plures opiniões inuẽte: quidã nãq; dixerũt moueri trib' motibus: et duas supra se hr̃e spheras: q̃dã vero duob' tm̃ motib' deferri: ⁊ vnicã tm̃ spherã hr̃e priorẽ q̃ q̃dem opinio ẽe bipartita est. qr q̃dã dixerunt motum illũ esse trepidationis seu thebit. quidã vero esse motũ in lõgitudine: quorũ etiã sn̄ia diuersificatur sm q motũ illũ tarditate et velocitate diuersari voluerunt. ¶ Oẽs tamen he opiniones cõueniunt in hoc q 8 sphera plures h3 mutationes. neq; ponũt eã esse primum mobile. sed aliam supra eam. s. nonam vel decimã supremũ corporũ ⁊ motus primum susceptibile affirmantes quam qua de causa ponũt ãteq; vlteri' procedam videndũ est. ⁊ dubitando per rationes illud probare. queritur igiẽ an supra spherã octauã. alia sphera vltra ponenda. vt q̃ nona in ordine sit a nobis: ⁊ sm aliquos etiam vltra nonam decimã: vel 8. sufficiat vltra spheras. 7. planetarum. ⁊ arguiẽ q supra 8 nulla alia sit primo Aristo. secũdo de celo ⁊ mũdo: textu. 61. mouẽs questionẽ. q̃rit quare est q in prima latione sunt tot stelle: cũ in spheris reliquis non nisi vna infigatur. vult igiẽ q tot stelle sint in latione prima et primo mobili sed tot stelle sunt in sphera 8 qua de causa firmamẽtum dicta est. hoc est stellas fixas deferens octauus igitur orbis est primum mobile. sed supra mobile primum corpus nõ est aliud primo de celo tex 100 non erit ergo nona neq; decima sphera. sed octaua tm̃ cum septem planetarum orbibus. ¶ Secundo quanto sphera est superior. tãto dignior est: ⁊ nobilior. ⁊ precipue mobile primum qd̃ principio propinquissimum est inter omnia entia: immo instrumentum eius. cum ab eo immediate motum recipiat ex sentẽtia philosophorum. Sed si dareẽ

nona et decima sphera ignobiliores essent. 8. cũ
in eis nulla ponitur stella: ⁊ in octaua innumera
biles. pars aũt stellata nobilior est nõ stellata se
cũdo de celo. quare nona ⁊ decima sphera vilior
esset ꝙ̃ 8. quod est idecẽs. cũ propriores sint pri
mo enti: ⁊ earũ altera oĩum corporum esset pri-
mum: vltra igitur. 8. orbem nihil est. ¶ Tertio
illud poni non debet quod sensu neqꝫ cõprehen-
sum neqꝫ est cõprehensibile: quum omnia nostre
notitie per inuentionẽ habite principium sit sen
sus. nona autẽ sphẽm nõ ꝯprehendit sensu neqꝫ
decima. siquidẽ ibi non ponitur stella: stella tñ
inter omnes ptes orbis sensu visua cõprehendi
tur. vt vult Auerrois secundo de celo ⁊ mundo
nõ erit igit̃ nona neqꝫ decima sphera. ¶ Quar
to oĩs sphera facta est vt moueat stellam in ea
infixam: huiusmodi nanqꝫ est finis ei⁹: cum in stel-
la influat in hec inferiora: nõ potest aũt influere
sine motu: sed non põt moueri absqꝫ orbe. orbis
igitur ad deferendũ stellã ordinatus est. sed no-
nus ⁊ decim⁹ nullũ deferũt astrum: ex quo om-
nes concedunt in illis nullũ infigi: q̃re essent absqꝫ
proprio fine ⁊ frustra quod est ꝯtra sententiã
Aristo. primo de celo ⁊ mundo tex. 32. ⁊ 3. de ani
ma tex. 60. et Auerroim secundo methaphisice
cõ. prio. vbi volũt in natura nihil frustrari. qua
re non ddbitur nona neqꝫ decima sphera. sed 8.
cum 7. inferiorib⁹ erraticarũ stellarum conten-
ti erim⁹. ¶ In oppositũ est Ptholo. in Alma-
ge. maxime in septima dictione. vbi probat stel-
las fixas moueri in zodiaco ordine signoꝝ. qua
re 8 orbis illas deferens nõ erit primũ mobile.
⁊ consequenter supra eum dabitur alter. Et de-
mum oĩm astrologorũ est diuulgata sentẽtia po
nentium saltem nonam spherã vt infra patebit.
¶ In hoc quesito an. s. orbis octau⁹ oĩm mobi
lium primum existat vel oportet ponere spherã
superiorẽ sensu minime percepẽs duas reperio
opiniones. prima est antiquior priorũ astrologo
rum quam philosophi sequunt̃ quod sphere ce-
lestes tñ. 8 sunt orbes videlicet. 7. planetarum
⁊. 8. deferẽs stellas fixas: quas sensu ꝑceperunt
cum nanqꝫ astra nequeant per se ⁊ propriis mo-
tibus locũ mutare: vt probat Aristoteles secun
do de celo immo infixe in orbe seu nodus in ta-
bula: ferunt̃ motu orbis in quo infixe sunt: sꝫ cõ
prehẽsũ est septẽ stellas erraticas q̃s planetas
greci appellãt: diuersis moueri motib⁹: ⁊ diffe-
rẽtibus velocitate/ ⁊ tarditate/ ⁊ situ. q̃dã nãqꝫ
ꝓgrediunt̃ versus orientem: ⁊ quidam regredi-
untur ad occidentẽ. quidam eorum ad austrum
mouent̃: ⁊ alij septentrionalem adipiscunt̃ par
tem: ⁊ cũ non seruent inter se equalitatẽ in moti
bus eorum errantes stellas latini appellauere:
quadere cum per se non moueant̃ immo (ceu di
ctũ est) motu orbis ferũtur in vno orbe infixi es
se nequeunt: quia equali velocitate oĩnes ab or
be illo voluerent̃. sed singuli singulos orbes ha
bent quibus mouent̃. erunt igit̃ septẽ sphere pla
netis septem appropriate adinuicẽ distícte: que
sunt ordine incipiẽdo a nobis sphera lune: sphe-
ra Mercurij: sphera veneris/ sphera solis/ sphe
ra martis/ sphera Iouis/ et sphera Saturni. de
quorum ordine dicam immediate ⁊ per rationẽ
probabo. Vltra autem dictas. 7. stellas errati-
cas videntur: Sole occasu stelle fixe: quarũ est
tanta multitudo: ꝙ pene comprehendi non pos-
sunt. quas longa experientia ⁊ longa astrologo-
rum obseruatione deprehẽsum est omnes equa-
li moueri velocitate: ⁊ equalem distantiam sem
per adinuicem seruare ⁊ propinquitatem situm
qꝫ ⁊ figuram nunqꝫ variare: conclusum est in ea
dem sphera omnes infixas et eius motu equali
velocitate ⁊ vno modo moueri: continuum nãqꝫ
est eius motus vnus est ⁊ equalis: quinto me-
thaphysice. tale nanqꝫ corpus eas deferẽs: qđ su
pra est omnes planetarum spheras octauã sphe
ram a nobis nominauere: seu firmamẽtum: hoc
est deferens stellas firmas et fixas ad differen-
tiam planetarum: non ꝙ sint fixe ⁊ nõ mote mo
tibus propriis. quia hac de causa planete quoqꝫ
dicuntur stelle fixe. sed fixe adinuicem. id est non
variate in ordine ⁊ in situ: omnes nanqꝫ equali-
tatem eandem habent in motu ordinem ⁊ figu-
ram nunqꝫ variant: sed semper distantiam ⁊ pro
pinquitatem eandem adinuicem seruant: et situ
quoqꝫ respectu orbis in quo sunt eũdem semper
retinent: qđ non est de planetis. qui propter ine
qualitatem motus eorum: eo ꝙ alter tardius ⁊
alter velocius fertur: non seruant figuram neqꝫ
situm: quare errantes nominari dixi. sed cũ non
est vt demonstrat arcus c b: p vtrũq transiens quare tũc habito motu augium ⁊ stellarũ fixarũ non proceditur vlterius: sed quia eadem ratione incipere poterant ab e puncto ad austrum vicinissimo: in quo iterũ cum sit aries mobilis cũ fixo iũctus est, eodẽ arcu priori per vtrumq transeunte: inde nõ inchoarũt quia punctus e est infimus ⁊ a nobis distãtissimus modo illud q est septẽtrionale ⁊ nobis propinquum dignius est preponere q̃ australe ⁊ remotum a nobis.

Deinde cum dicit.

Aequatio autem octaue sphere est arcus eclyptice none sphere centrum parui circuli ⁊ circulum magnum a polis eclyptice none per caput arietis octaue transeuntem interiacẽs. Cum igitur

medius motus accessus et recessus nihil fuerit aut semicircul⁹ nulla fit dicta eq̃tio. Sed si .lxxx. gradus aut .cclxx. fuerit ipsa erit maxima. Cum autem talis motus accessus et recessus fuerit semicirculo minor: equatio erit semper addēda: sed cum maior fuerit erit minuenda.

¶ Declarat verū locū capitis arietis mobilis in zodiaco: seu diuersitatem inter verū locū arietis fixi et verū locū mobilis: vnde si caput arietis mobilis sit in f/ ducto circulo a polo eclyptice per f c eclypticā secante in h: erit h verus motus eius et ei⁹ arc⁹ b h: qui capitur inter b locum verū arietis fixi: et h verū locum arietis mobilis eq̃tio et diuersitas nominatur: cū habito vero motu arietis fixi per eius additionem vel dēptionem verus motus arietis mobilis proueniat et consequenter loca stellarum fixarum. Predicta equatio reperitur mediante motu medio octaue sphere: vel accessus et recessus. Nam quū huius motus nihil fuerit quod denotatur arietem mobilem eē in pūcto supremo d: aut semicirculus et sex signa capitoarietis mobilis pūctum e: oppositū tenente: eo q̃ semicirtul⁹ polo eclyptice c b e: transit per hec duo loca et centrū circuli vbi ē caput arietis fixi: nulla ē eq̃tio: quare habito motu augium et stellarū fixarū habetur motus octaue sphere nec aliud queritur. Maxima autem est equatio rum caput arietis mobilis disteterit a duob⁹ dictis punctis quarta circuli: vt q̃ sit in puncto et medius motus b l .90. grad vel i k: et medius motus d i e k: 270. grad. vel nouem signorum tunc enim equatio dicitur esse tota circuli semidiameter b i: vel b k: q̃ non potest esse maior: vt per se notū est quod autem medio motu existēte .3. signoꝝ vel 9. caput arietis mobilis sit in i: vel in k/ et q̃ hec duo puncta remota sint a d quarta circuli notum est: ex quo arcus c b: perpendicularis est super eclypticā quare omnes anguli b recti et consequenter arc⁹ eis subtensi quare partes sunt parui circuli Sed talis medius mot⁹ nō tm̄ dat equationem predictā verum per eam equare motum augiū et stellarum fixarum instruit. Nā quandocūq̃ medius motus accessus et recessus minor fuerit semicirculo: ver⁹ motus octaui orbis maior est q̃ motus augium et stellarum fixarum: verbigratia motu accessus et recessus b l: existēte: maior erit motus a b l: q̃ a b: quare equatio b l: addi debet motui none sphere et verus octaue emerget. At quando idem motus fuerit maior vt d e k motus none maior est q̃ octaue a k: quare equatio k b: demi debet a motu none vt habeat mot⁹. 8.


¶ Nota pro complemento huius opinionis et maxime quod dictum est de equatione: q̃ cū eq̃tio nulla reperiatur in d et e: ab eis in duobus locis equidistentibus eq̃tio reperitur equalis vt f e d: duo puncta copiantur equidistantia et l g per q̃ a polo eclyptice ducant arc⁹ m f c: g i et c: erunt in sphera equidistantes arcui c e: at q̃ arcus parui circuli d f/ et d l: eq̃les sunt: erunt et eorū equales per regulas arcū et cordarū p̃mo Almag. declaratas: s; q̃ b h et b n ppēdicularis sunt sup tres arcus dictos erunt ad semicircē equales: que sunt equationes cōtingentes capite arietis mobilis in punctis f et l existente quod est propositum haud aliter deduci poterit capite arietis in duobus punctis equidistantibus ab i et k punctis scilicet maximarum equationum equatiōes contingentes adinuicem equari: et hac de causa in tabulis equationum mot⁹ octaue sphere augmentatur medius mot⁹ ad .90. vsq̃ gradus quot sunt a d in i deinceps retrogradari incipitur ad initium tabule q̃ in arcu altero i e equationes costingunt equales eis que in d i.

Deinde cum dicit.

Thebith vero duplicem tantū octaue sphere motū inesse dixit: vnum a primo mobili siue sphera nona diurnum scilicet: alium vero propium scilicet trepidatiōis qui fit super circulis paruis duplicem eclipticam asseruit fixam quidē in nona sphera mobilem autem in octaua ita vt capita arietis et Libre mobilis circunferantur in duobus circulis paruis quorum media seu poli sunt ipsa capita Arietis et libre ecliptice fixe et arcus ecliptice fixe inter polos horum paruorum circulorum et circunferentias suas quattuor gradus habet decemocto minuta .xliii. secunda. Dixit autem capita arietis et Libre mobilia taliter circūferri vt cum caput Arietis mobilis fuerit in sectione parui circuli et equatoris occidentali ipsum mouebitur in medietatem parui circuli que ab equatore septētrionalis est. caput autem Libre mobilis mouetur tūc per medietatem sui parui circuli q̃ meridiana est ab equatore. cum caput arietis mobilis fuerit in sectione equatoris et sui parui circuli oriētali mouebitur in medietatem parui circuli que ab equatore ē meridiana. Caput autem Libre mobilis voluetur tūc per medietatem sui parui circuli septentrionalē ab equatore at cū caput arietis mobilis fuerit in alterutro duorum pūctorum sectionis ecliptice fixe cum paruo circulo statuetur ecliptica mobilis directe in sup̃ficie ecliptice fixe quod ī vna reuolutione capitis arietis mobilis in suo circulo paruo bis accidet. In omnibus autem alijs locis capite arietis mobilis in periferia sui parui circuli loca=

to: eclyptica mobilis secabit eclypticaꝫ fixam in punctis quidem capitum Cancri ꝛ capricorni mobilium. Nā hec duo puncta eclyptice mobilis semper circū ferentie eclyptice fixe in hoc motu coherent vt nunq̄ ab ea recedant. At capitibus tamen Cancri ꝛ Capricorni fixorum per quantitatem quattuor graduum: decemocto minutorum .xliij. secundorum elongari versus orientem aut occidentem contingit. Ubicunq̄ etiam sectio harum eclypticarum fiat ipsam necesse est a principijs arietis ꝛ libre mobilium per quartam circuli magni distare. Licet vero in vna reuolutiōe capitis arietis mobilis in suo circulo paruo bis accidat vt capita Cācri ꝛ Capcorni mobiliū statuantur sub capitibus Cancri ꝛ Capricorni fixorum: nunq̄ tamen capita arietis ꝛ libre mobilium sub capita arietis ꝛ libre fixorum peruenient. Nam dum eclyptica mobilis cōtinget circulum paruum a parte septentrionis in pūcto arietis mobilis: capita Cācri ꝛ Capricorni mobilia iuncta sunt cū capitibus fixorum. Similiter accidit i cōtactu meridiano ſꝫ capita arietis ꝛ libre semper a capitibus fixorum quantitate que dicta est: distant.

¶ Cōplera determinatione moderne opinionis de motu octaue sphere in hac parte ꝓsequitur opinionē Thebith chore inter alias recitate conformiorem. Differt namq̄ a dicta quia ceu illa decimā spherā non fatet: ꝛ in hec reliquis omnibus conuenit: sed nonam dicit esse primū mobile: ꝛ octauam vltra motum diurnum a primo celo ei communitatem habere vnicum motum tantum accessionis ꝛ recessionis ab eo nominatum supra duos paruos circulos in capite arietis ꝛ libre primi mobilis descriptos equales vt dictum est factum. Tantuꝫ quoq̄ duas annuit eclypticas fixam scꝫ quam ponit in primo mobili seu nona sphera ꝛ mobilem motu accessionis ꝛ recessiōis in orbe octauo. Cōuenit autem cū eadē ex quo motum trepidationis inter alias tm̄ ponit: quin immo eo tantū .8. sphera vult moueri vltra motuꝫ quē habet a primo mobili: qd̄ patet ab eo in p̄io capitulo operis ei⁹ quod motu octaui celi construxit dum inquit. Nec orbis stellarū fixarum qui est orbis formarū ꝛ signorum habet motum ꝓter hunc scꝫ accessus ꝛ recessus. Et subdit q̄ est motus communis toti quod est sub eo ſm̄ accessionem ꝛ recessionem. Et in capitulo tertio concludens in fine habet sententiam eandem vnde dicit. Et stelle fixe nō habent alium motum neq̄ alio motu moueantur nisi isto accessiōis ꝛ recessionis ꝛ est cōmunis eis ꝛ omnium erraticarū augib⁹. Et necessitat ipse Thebith hoc fateri ſi q̄d supra octauā tantum nonam spheram dicit esse a qua octaua motū habeat diurnum ꝛ motum huiusmodi trepidationis ei ē proprius. Et q̄r non datur altera sphera alium motum non habet: habet igitur cōuenientiam hec opinio cum opinione modernori cum ab eadem relique fere in omnib⁹ discrepēt: primo in spherarum numero decimā earum nulla annuens. Secundo quia motū accessus ꝛ recessus vt Thebith minime admittens tāq̄ ad cognitionē eius nō ꝑueniens. Hac igitur da causa opinione Thebith diffusius ꝓsequut⁹ est. Ad quod ꝯcurrit altera causa: q̄ alie opiniones non tanta requirunt declinationem: ex quo dicūt octauā spheram in lōgitudine zodiaci tātum deferri: q̄ motus facilis est ꝛ eos⁹ ei qui in theoricis imaginatus est mot⁹ ec. solis ꝛ aliorum planetarū: non enim ei accidit imaginatio difficilis: ideo succincte ꝛ breuiter illas opiniōes ꝓsequutus ē supra qualitatem motus ꝛ velocitatē manifestādo. Motus aūt quem Thebith dicit eē octaui celi difficilioris est imaginationis ꝛ plurimas habēs proprietates occultas, vt patebit q̄ declaratiōe indigent lucidiori: idio hāc opinionē prosequēs ad summū declarat, vñ ponit totā sententiam Thebith in primo capitulo ꝛ duo facit primo agit de motus octaue sphera qualitate theorice. secūdo vero magis practice operationē pro motu vero habendo notificans ꝛ apparentias saluat ibi. Aequatio itaq̄. Pars prima iterum in duas secat. nam in prima motus declarat qualitatem. in secunda vero ꝓprietatē ex motu isto sequentem ꝛ diuersitatem declinationū maximorum innotescit ibi. Eclypticas aūt fixa. Pro noticia ꝛ cōpletiori manifestatione eorum q̄ in prima parte ꝛ in alijs dicentur describo primam figuram planā in qua equator dici a b c d e f: cuius aquilonaris mundi polus g: versus quē quicquid vergerit ab equatore septentrionale declinationem teneat: ꝛ extra equatorem constitutū sit meridionale: secundo eclypticā primi mobilis quam fixam nominauit depingo a h i k d: intra quā quicquid repertū fuerit borealem: extra vero meridionalem latitudinem possideat: secet quoq̄ dicta eclyptica equatorem in a principio arietis fixi ꝛ d libre sectoribus nunq̄ variantibus: immo semper in locis illis repertis ꝛ angulos equales .23. g. ꝛ .33. .m. causantibus. Sup a/ igit ꝛ d/ sectiones eclyptice fixe cum equatore duos circulos m n o p: Super a. ꝛ q r f t: Super o: designo: ita namq̄ vult p̄dictus auctor capitulo primo quando dicit centrū cuiuslibet circuli est cōis sectio equatoris diei cū orbe decliui hoc est in initijs arietis ꝛ libre fixorum. Qui q̄dē circuli adinuicē sunt eque q̄ eorū cuiusq̄ semidiameter .4. grad⁹ .18. m̄ .43. secūda cōtineat ad quam tota diameter duplā existēs sit .8. g .8. m̄ .37. secūda .26. Sitq̄ orizon r p: transiēs per cētra circulorum paruorum r: punctus orientis/ ꝛ p occidentis: in circulorū predictorum circumferentijs semper sunt ꝛ mouentur capita arietis ꝛ libre octaue sphere q̄ mobilia dicta sunt taliter q̄ semper adinuicem opponunt altero namq̄ supra orizonte existente reli



quā sub eo morabitur: & sub eodem tantum hoc deprimit̄ q̄ntum illud eleuatur. ¶ Similiter altero septentrionalem ſm latitudinem ſeu declinationem vel vtrāq; exiſtente erit reliquum meridionale eodem fere modo: quod per ſe notū eſt ſiquidē capita p̄dicta in circulo terre concentrico qualia eſt orbis octauus diametraliter ſunt oppoſita: & hac eadem de cauſa quāta alterius eſt declinatio ſeu latitudo tanta alteri⁹ eſt ad oppoſitam partē: vt etiam ſupra patuit. Ut aūt pateat qđ dictū eſt exemplariter & equalitas mot⁹ manifeſtetur: caput arietis mobilis in m pūcto ſectionis parui circuli cū equatore occidentali ponatur ſub orizonte: erit libra mobilis ſupra orizontem in q/ ſectione eius parui circuli cū equatore occidētali quoq; inde vero aries ad ſeptentrionē ferretur in n: & o: ſupra orizontem: libra vero ad auſtrum vniformiter in r: et ſ: ſub orizonte. Ex o: vero reliqua ſectione orientali aries feretur ad auſtrum in p: & m: iterū rediens libra vero ad boream per t in q ſectionem priorē ſe reddet: & prior redibit diſpoſitio hec: ē ſententia eius thebith vt ex tertio capitulo accipi pōt/ quam & ſi non exprimat: ex illo tamen quod vult de additione vel dēptione equatiōis octaue ſphere a motu aſtri hoc quod dictuȝ eſt neceſſario ſeq̄tur. Cuius motus velocitas ē: licet auctor nō meminerat ſingulis annis. 5. m̄. fere: ita q̄ reuolutio capitum arietis & libre in ſuis circulis paruis termīatur circiter. 43 20. annis vt ex tabulis ei⁹ de motu acceſſiōis & receſſionis habet̄. in hac igitur cōpleta reuolutione bis cōiungitur & vnitur mobilis eclyptica cum fixa: quando. ſ. arietis mobilis ē in altera ſectionū parui circuli cū fixa eclyptica gratia exempli capite arietis in l: vel n: exiſtente & libre ſimiliter in aliis ſectionibus circuli eius cū eadē totaliter vt ſupius claruit cōiunguntur/ et vna fiunt eclyptice p̄fate: ariete vero mobile extra hec duo loca ꝯſtituto ſimiliter & libra ex quo altera pars eclyptice mobilis ad boreā ad auſtrū reliqua remouet̄ a fixa: adinuicem ſe ſecabunt: & talis ſectio fiet in Cancro & Capricorno mobilia eclyptice: que quidē duo pūcta ab eclyptica fixa nunq̄ remouebuntur: immo et ſemper adherere neceſſe ē: cuius ratio vt inquit thebith

in capi p̄ mo: quia aries & libra mobiles īter oīa puncta ei⁹ eclyptice maximā retinet latitudinē quando reperitur latitudo: quare puncta in eorū medio exiſtentia que ſunt Cancer et Capricornus mobiles nuſq̄ & nunq̄ declinabunt vel latitudinē poſſidebunt ab eclyptica fixa: in eis igitur eclyptice fixe a mobili fiet interſectio. Exempli cauſa ſi ſit aries mobilis in n: & libra in r erit l: punct⁹ equaliter diſtās ab eis in eclyptica n l: & r: in pūcto igit̄ l qui erit principium Cācri & pricipio Capricorni et oppoſito mobilis eclyptica fixā ſecabit: & per rōnē dictā illā nunq̄ deſerent: verū a capitibus Cancri et Capricorni fixorū hinc inde hoc eſt orientē verſus & occidentē. 4. g 18 m̄. 43 ſecunda quāta eſt ſemidiameter circuli remouent̄: ita q̄ ſpacium inter duos terminos elongationis maxime duplū eſt ad dictū et equale diametro eiuſdē circuli verbi gr̄a ponatur aries in l: libra in u eclypticis ambab⁹ vnitis punctus in medio. ſ. principium Cancri mobilis erit h: tm̄ motus ab l: quantum i ab a: quū nāq; a l & l h: quarte circulorum vnitorum ſint equales ſi arcus cōmunis a h: dematur remanet diſtātia Cācri & mobilis a fixo l h: eq̄lis a l: ſȝ a l: ſemidiameter eſt. 4. g. 18. m̄. 43 ſcđa igit̄ & l h: equalis: q̄nimmo q̄ a l remotum ē ab a verſus occidentē & h ab l etiam eandē verſus partē: remotus eſt: igit̄ Cancer mobilis a fixo verſus occidentē ſemidiametro circuli. Eadem ratione ariete in x: & libra mobilibus in ſectiōe reliqua. erit Cancer mobilis in k: ſi quidē vnite ſunt ambe eclyptice adinuicē a x: k erunt equales quare dēpto arcu cōi x l. k & a x reſtāt equales erit iterū arcus l k ſemidiametro circuli eq̄lis. Sȝ x: ab a: verſus orientem elongatū ē quadere & k verſus orientē ab l remotum erit: quod eſt iterū primū l h: igitur equat̄ circuli ſemidiametro & t k: ſimiliter quare tot⁹ arcus h l k: circuli diametro erit equiparans per totum igitur arcum k h: principium Cācri poteſt moueri eq̄lem diametro pui circuli quod eſt ſecūdum: ex quibus omnibus ſeq̄tur correlarium: qđ & ſi in reuolutiōe bpleta Arietis in paruo circulo bis iūgatur Cancer mobilis cum fixo & vniant̄ adinuicem Aries tamen mobilis cum fixo nunq̄ vnietur: primū patet ex quo nāq; Cancer mobilis mouet̄ cōtinuo ſub arcu k h: aliquādo erit in cācro fixo: & quia ſemper heret eclyptice fixe vnita erunt adinuicem nullo modo diſtātia hoc autem bis contingit in vna reuolutione: primo Ariete mobili exiſtente in n: puncto contactus boreali eclyptice mobilis cum paruo circulo: q̄ circulus p polū eclyptice tranſit p n: & s: vterq; Aries cōiunctus erit ſm longitudinem quare a l: & n l: erunt equales/ & quarte: igitur erūt ambo Cancri mobilis ſcilicet & fixus: idem contigit Ariete eodem exiſtente in pūcto contactus meridiōalis p: vbi iterū vterque Aries erit cōiunctus ſm longitudinem per eos dicto circulo tranſeunte: et Cancri tam mobilis q̄ fixus vniti: ſecundum patet etiam quia Aries mobilis nunq̄ circuli parui circunferentiam relinquit: fixus vero eiuſdem circuli centrum eſt: a qualibet autem parte circunferentie centrum elongatur predicta diſtantia ſcilicet. 4. grad. 18. minu. et. 43. ſecunda nunq̄ igitur erunt ſimul et tam


longitudine cõiuncti ꝙ latitudine: quod est propositum: ⁊ quod de ariete dictum est de libra intelligatur proportionaliter ⁊ quod de cãcro ⁊ capricorno verificatur.

Deinde cum dicit.

Ecliptica etiã fixa semper secat equatorem in capitibus arietis ⁊ libre fixorũ ad angulum semper eũdem puta viginti trium graduum. xxxiij. minutorum et xxx. secũdorum. Sed ecliptica mobilis equatorẽ successiue secat in singulis pũctis. comprehensis in duobus arcubus quos ecliptica mobilis in duobus situbus contactuum ab equatore separat: ⁊ quãtitas cuiusq; est circiter. xxi. gradus ⁊. xxx. minuta. Est enim maxima distãtia capitis arietis mobilis a sectiõe eclipt ice cum equatore per gradus decem ⁊ quadragintaquinq; minuta. vnde maxima declinatio ecliptice mobilis ab equatore variabilis est. maior quandoq; declinatione ecliptice fixe. quãdoq; minor eadem. quandoq; sibi equalis. Tũc enim equalis est illi cum mobilis sub fixe superficie fuerit maior vero in sitibꝰ cõtactuũ. vnde etiã Ptholemeus. xxxiij graduum li. minutorum. xx. secundorũ repperit. Minor autem dum caput arietis mobilis in sectione equatoris ⁊ parui circuli fuerit. Nã tunc intersectio eclipticarum erit in puncto ecliptice mobilis maxime declinante qui minus declinat ꝙ caput cancri ⁊ capricorni fixum.

¶ Declarat quandam proprietatẽ que insequitur hũc motum accessionis. propter hoc enim ꝙ equatorem secar non in eisdem punctis semper immo in diuersis variantur maxime declinationes: quod declarat per comparationem declinationum eclyptice fixe. vñ dicit ꝙ ex quo eclyptica primi mobilis fixa est: ⁊ equatorem secat semper in locis eisdem. scilicet in ariete ⁊ libra fixis neq; sectiones variantur et mouentur neq; a sectionibus causati anguli vnq; diuersantur: immo sunt equales: sequitur ꝙ punctorum intersectiones mediorum Cancri ⁊ Capricorni fixi ab equatore equales sunt declinatiões semper maxime sunt. sunt nãq; 23. gra 33 minu sed eclyptica mobilis propter eius motum non secar equatorem in locis semper eisdem immo sectiões diuersantur ſm diuersum situm arietis mobilis in circulo paruo. Nam quando aries dictus fuerit in n: fit sectio equatoris et eclyptice in f: eodem vero in p: constituto sectio fit eorundem in b: vt patet. potest nanq; eclyptica mobilis secare equinoctialem in toto arcu comprehenso inter duo puncta sectionum ariete existente in pũcto contactus. exempli causa sicut dixi ariete in n: puncto contactus boreali fit sectio prefata in f: que distantior est versus occidẽtem quam possit fieri ab f. nãq; vltra non potest equatorem secare: siquidẽ punctus cõtactus punctꝰ est remotionis: eodem modo ariete existẽte in pũcto cõtactus meridionalis p: sectio fiet in b: que eadẽ ratione distantior est orientem versus: dico igitꝰ ꝙ in toto isto arcu f b: equator successiue ab eclyptica fixa secari potest. vltra quos terminos sectio nulla fieri potest: inter quos ꝑ eqdistãtiam a: aries fixꝰ erit medꝰ ab vtroq; 10. gradꝰ. 45. mi. semorꝰ. ⁊ totus arcus f a b: duplꝰ gradꝰ. 21. mi. 30. Et vt melius apprehendanẽ ea ꝙ hic dicunẽ: qr nõ sunt multũ facilia. ideo aliqua sepiꝰ replico sententiam thebit aducã. dicit nanq; thebit quãdo aries erit in n. pũcto contactꝰ septentrionalis. ⁊ libra in r: contactu meridiano sectiones fient in f. ⁊ c: ab a: ⁊ d: cõtra ordinem signorum. 10 g 45 mi quare f erit 19 g. 15. mi piscũ ⁊ c: gradus oppositus Virgine. 9. mi. 15. ariete vero in p. ⁊ libra in t. punctꝰ ꝯtactuũ reliquorum ⁊ oppositarũ declinationũ fient sectiones in b: ⁊ e: ab a: ⁊ d 10 g 45 mi ſm ordinẽ signorum remotis. Erergo b. 10 g. mi 45. arietis et e: oppositus. s. libre quare ꝯcludit ꝙ eclyptica fixa continue secat equatorem in duobus arcubꝰ equalibus a 19. gra. piscũ ⁊ 15 m ad 10. arietis ⁊. 45. mi. ⁊ arcum huic oppositum interceptum inter 19 virginis g. ⁊ 15 mi. ⁊ 10. libre ⁊. 45. qr igitur predicte sectiões variabiles sunt et mobiles ⁊ declinationes maxime tam fixe eclyptice: ꝙ solis qui ab illa mouetẽ: ⁊ sub illa est variabilis ⁊ inequalis in temporibus aliis: quod patebit si eas declinationibus eclyptice fixe quas dictum est semper esse equales comparemus: sunt nanq; eis quandoq; equales quandoq; maiores ⁊ aliquando minores. Ad que declaranda fiat secunda figura cum notis puta necessaria designãtibus. Et ponatur aries in c: sectione parui circuli tum eclyptica fixa ⁊ in d: reliqua libre erũt per predicta eclyptice ambe vnite. Et ꝯsequenter equales erunt declinatiões eorũ maxime in principio scilicet Cancri et capricorni fixorũ qꝰ est primum. E nanq; est principium Cancri fixi ⁊ maxime declinationis locus. Non tamen erit principium Cancri mobilis vt predicta concluserũt. Si vero mobilis aries in f ⁊ libra in gꝑsi etis s. contactꝰ quia coniuncti sunt cum ariete ⁊ libra primi mobilis ſm longitudinẽ: erit vt patuit supra punctꝰ e: sectionis eclipticarũ vtriusq; initium Cancri ⁊ pũctus maxime declinationis fixe vt sepius dictũ est at quia eclyptica mobilis secat equatorem in h: ⁊ i: erit punctus medius maxime eius declinationis k: q magis declinat ꝙ e. maxime declinationis eclyptice fixe punctus quod est secundũ. Si tertio caput arietis mobilis in l. sectione parui circuli cum equatore ⁊ libre in reliqua in circulo eius m. erit punctus maxime declinationis n. Cancro scz octaue sphere ex quo aries ⁊ libra non declinant. immo sunt in equatore Sed Cãcer secat eclypticã fixam in n. n igitur punctus cãcri mobilis ⁊ pũctus eclyptice fixe equaliter declinant. sed e. Cãcer fixus maxime declinat inter omnes pũctos

eiusdem eclyptice magis ꝙ n/aries igitur et libra existentibus in sectionibus paruorum circulorum cum equatore minores sunt maxime declinatiões ꝙ. orbis ꝙ noni quod est tertium. Cũ igitur sicuti supra conclusum est declinationes eclyptice fixe inuariabiles sint ⁊ equales sequitꝰ necessario declinationes eclyptice mobilis in diuersis temporibus variari in quãtitate. Et hac de causa diuersis temporibus inequales inuente sũt. Jnde. 24 ꝙ esse protulerũt. Ptholemeꝰ autem 23.51.30 Almeon vero omnibꝰ posterior adhuc minores 23.33



Deinde cum dicit.

Aquatio itaqꝫ octaue sphere est arcꝰ ecliptice mobilis inter caput arietis mobilis et inter sectionẽ eiusdem ecliptice cum equinoctiali interceptus. sed motꝰ accessus ⁊ recessus est arcus circuli parui inter caput arietis mobilis et inter sectionem equatoris et circuli parui ꝑ medietatem circuli septentrionalẽ progrediendo. Hoc motu contingit vt stelle fixe videantur nunc moueri versus orientem: nunc versus occidentem: nũc motu veloci: nũc motu tardo. Nam cũ fuerit caput arietis mobilis in quartis parui circuli ab equatore videlicet prope situs contactuum de quibus diximꝰ tarde videntꝰ moueri versus eam partem: versus quã est motus earum. quod tũc equatio octaue sphere parũ crescat. aut decrescat. Sed cum fuerit caput arietis mobilis in alterutra sectionum equatoris ⁊ circuli parui vel prope. velociter moueri videbuntꝰ stelle ad eam partem ad quam est motꝰ earum. quod sub eisdem sitibus equatio octaue sphere plurim i crescat aut decrescat. Hinc diuersitas manifesta ĩ motu earꝫ inuẽta est. Ptholemeus enim earum loca tẽpore suo verificata comparauit ad loca earũ ab hipparcho ⁊ alijs inuenta. reperitqꝫ motas motu tardo videlicet in cẽtũ annis gradu vno. Nam tunc caput arietis erat separatum a puncto quarte circuli parui meridiane. versus equatorem accedens Posteriores vero dum magis accederet inuenerũt moueri in sexagita sex annis vno gradu. Nunc nostro tẽpore scilicet ãno domini. M.cccclx. factũ est caput arietis septentrionale fere sexagintasex gradibus a sectiõe parui circuli ⁊ equatoris distans. Vñ et a sectione eclyptice mobilis cum equatore. lxxx. gradibus quadragita octo minutis fere distat. Sectio igitꝰ iã sit sup. xx. gradu. xi. minuto piscium ecliptice mobilis. Maxima autem equatio octaue sphere contingit dum caput arietis mobilis fuerit sup pũctis quartas circuli parui ab ĩtersectionibus eius cũ equatore distinguẽtibus: et est decem graduũ quadragintaquinqꝫ minutorum. Unde quilibꝫ pũctus a decem nouem gradibus quindecim minutis piscium vsqꝫ ad decẽ gradꝰ xlv. minuta arietis ecliptice mobilis potest fieri in loco intersectionis que est pũctus equalitatis vernalis: idem intelligendum de puncto equalitatis autũnalis in arcu opposito: constat etiam puncta tropica non semper esse in capite cãcri capricorni mobilis: sed in punctis ꝑ quartam sectione equatoris cũ ecliptica mobili distantibus. Ptholemeus itaqꝫ iudicans stellas tempore suo moueri ab occidẽte in orientem: credidit vnum tm̃ esse zodiacum fixum scilicet qui semper eãdẽ haberet declinationẽ ab equatore: ad quod sequitꝰ id quod dixit. Nã ex quo stelle meridiõales a tropico hyemali recedentes: accedebant versus pũctũ equalitatis vernalis ⁊ inter hoc pũctum ⁊ tropicum estiuum in partem septentrionis recedebant ab equatore: iudicauit moueri secundũ successionem signorum. Sed supposito hoc motu tempore suo in rei veritate mouebantur cõ

tra successionē signorū ecliptice fixe: verum est tamē q͠ propter equationē octaue sphere tunc decrescentem: moueri vise sunt ad successionē signorum: q͠ in intersectione ecliptice mobilis cum equatore putabat esse caput Arietis zodiaci inmobilis: quam intersectionem semp fixam existimabat. Hunc motum sequūtur omnes sphere inferiores in motib⁹ suis: ita vt respectu huius ecliptice mobilis sint auges deferentium ꝛ declinationes earum semper inuariabiles.

¶ Determinat de motu access⁹ ꝛ recessus magis practice ad operationem dirigēdo. ¶ Pro quo aduertendum est q͠ Thebit non considerat tm̄ motum in lōgitudine zodiaci qui a motu accessionis causatur ꝛ recessionis: immo principaliter motum in latitudine a septentrione ad austrum ꝛ econuerso: qua diuersam sortitur declinationem. Ariete namq͠ a septētrione ad austrū mutato plurime stellarū vel mutent declinationem ꝛ latitudinem: vel eā variant per augmentum ꝛ decrementum: quo fit vt sole existente in principio arietis primi mobilis: tū latitudinē q͠ declinationē contingit obtinere ad vtramq͠ partem: qua de causa diuersaꝝ eius altitudo in meridie: vt inquit idem tertio capitulo ponens vtilitatem scientie huius motus. Licet enim sit in principio arietis primi mobilis si septentrionalis sit ab equatore altitudinem possidet maiorē q͠ si non declinaret: ꝛ quanto declinat magis tāto magis hanc illa precellit: econuerso si sit australis: tunc namq͠ altitudo eius minor est: q͠ si equatorē teneret: ꝛ tanto minor quāto ab eo ad austrum declinat. secūdo diuersatur quantitas arcus diurni ꝛ nocturni. est nāq͠ maior arc⁹ diurnus si septētrionalis sit q͠ si p̄cise esset in equatore et nocturn⁹ minor: si vero sit meridionalis accedit oppositum. scilicet q͠ nocturnus maior ꝛ minor diurnus. Et consequenter diuersantur cum noctibus suis in quantitatibus eorum: sūt namq͠ tāto maiores dies noctesq͠ minores quāto polo propinquior sit aquilonari. Diuersantur tertio altitudines stellarum sm̄ q͠ septētrionales sūt vel meridionales magis. vt dictū est de sole. ꝛ similiter arcus diurni ꝛ nocturni: vel q͠ supra orizontem ꝛ sub eo describuntur: quarto diuersantur signa in ortu et occasu propter motum a polo ad polum. Quorum nō pono exempla cum parum exercitato in sphera materiali p se nota fient. Propter ista igitur non sufficit scire loca syderum in longitudine. immo latitudinem ꝛ declinationē eorum nec ignorare oportet. Solis autem ꝛ fixarum stellarum declinatiōes variantur propter declinatiōes arietis mobilis ꝛ latitudines. Et hec variātur propter eiusdem distantiam a sectione eclyptice mobilis cū equatore. quando namq͠ nihil distat ab huiusmodi sectione declinatio nulla est: ꝛ quādo maxime: reperitur maxima. igitur habitis locis stellarum fixarum ꝛ solis oportet habere huiusmodi distātiam: que equabit omnem earū declinationem: modo quē inferi⁹ exponā huiusmodi igiꝛ distantia arietis a sectione eclyptice mobilis cū equatore equatio vocatur octaue sphere. vt in prima figura capite arietis in n: ꝛ sectione f: totus arc⁹ f n: equatio dicitur. Fit aūt et inueniꝛ hec equatio mediante motu accessus ꝛ recessus. Si nāq͠ aries mobilis non moueretur in paruo circulo semper esset in sectione equatoris cum eclyptica: quadere non esset equatio. Vn̄ si libeat equationem inuenire prius oportet motum accessus ꝛ recessus scire. Est igitur motus accessus et recessus arcus circuli parui a sectiōe eius cū equatore occidentali: ad vsq͠ dictum arietem intercep tus per medietatem septentrionalem: qualiter mouetur caput arietis. verbigratia capite arietis in n: existente: erit motus hic m n: incipit autem a sectione q: ibi existente capite arietis nulla cōtingit predicta equatio. Et licet eq̄tio nulla fiat tam in sectione occidentis q͠ orientis: ab m: tm̄ potius inchoat quia inde principiū arietis versus septentrionem moueꝛ ad nos appropinquādo. Reperitur vt dictum est equatio per motum accessus ꝛ recessus. Nam cum hic nul⁹ erit arietē in m: sectione denotans esse: vel sex signorum: significans esse in reliqua equatio nulla est. Quando vero mot⁹ talis denotarit eundē arietem esse in punctis cōtactuum in n: maxima est f n: vel in p: quas equales esse patuit supra. 10. gra. 45. minu. ¶ Qualiter autem mot⁹ solis ꝛ stellarum fixarum equatur hac equatione restat subiungere de mente thebit: et si autor non meminit in littera. Dato namq͠ q͠ sol ferreꝛ continue sub eclyptica fixa quādo esset in principio arietis: nullam haberet declinationem. Sed q͠ est cōtinue sub eclyptica mobili que sub fixa nō semper situaꝛ. fiat q͠ sit in ariete primi mobilis ꝛ patiatur latitudinem vt supra dictum est. verbigr̄a. in prima figura si sol sit in pricipio veriusq͠ arietis ꝛ mobilis aries sit in n: cum sole notū est q͠ declinationē patitur septentrionalē. Que tanta quanta esset: si delatus sub eclyptica fixa tm̄ distaret ab initio arietis fixi q̄tū nunc remouetur a sectione. Remouetur namq͠ a sectiōe arcu f n: si poti⁹ sub eclyptica fixa equali remoueretur remotione: ab a: loco ei⁹ vero: haberet tātam precise declinationem quantam nunc habet. Haud aliter si esset in p: etiam initio arietis habet declinationem quam nunc habet declinationem australem tantam quantam haberet si lat⁹ sub eclyptica fixa versus austrum equali remotiōe distaret ab īitio arietis fixi. verbigr̄a. in tali casu remot⁹ est ab eclyptica cum equatore sectione arcu p b. Si igitur ponatur in eclyptica fixa em̄ distans ab a: equalem haberet declinationem quam nunc habet. Et igitur tunc ab ei⁹ vero motu equatio si dematur remanet in tali situ quātam declinationem haberet. Et ideo Canō est ponēdus quandocumq͠ motus accessus ꝛ recessus est minor sex signis: vt m n: aries hꝫ declinationem septentrionalē quare equatio addi debet vt habeatur punctus eclyptice fixe ad septētrionem tm̄ declinans q̄tum aries mobilis. Si vero motus predictus esset plus sex signis vt m n p: aries mobilis meridionalem haberet declinationem: quare equatio demi debet: ꝛ habetur fixe eclyptice punctum tante declinatiōis

quanta est aries mobilis in hoc situ: huius motus fundamento omnia que antiqui perceperūt de motu octaui orbis thebit verificare conaṫ et saluare. vise sunt eteni prioribus vt patuit stelle fixe retrograde qn̄q; et aliqn̄ directe tarde qn̄q; ⁊ veloces: qḋ contingit propter variationē sectiōis eclyptice mobilis cū equatore: illi nanq; non percipientes eclypticam moueri huiusmōi motu: immo credentes equatorem semper in capitibus Arietis ⁊ libre secare: ⁊ vidētes stellas ex austro per equatorem transire in aquilonem ⁊ econtra: iudicabant hoc fieri motu in longitudine. quo supposito capite arietis in p: existente: fiet sectio in b: ⁊ stelle in tali loco meridionalem declinationem habebunt: at ariete facto in n: et sectione mutata in f: stelle ille facte erunt septētrionales: ⁊ hi dicent motas esse in longitudine ⁊ sectionem arietis pertransitas esse sicut credidit Ptholemeus: ꝙ stelle sm̄ ordinem signorū mouentur cum aries tempore suo esset prope ꝙ accidens sectioni ⁊ consequenter stelle meridionales ad boream mouebantur cum in rei veritate sm̄ qualitatem huius motus aries moueret: eo tempore cōtra ordinem signorum. tamē propter hoc ꝙ accedebat sectioni ⁊ equatio meridionalis minor fiebat censebatur ordine signorum deferri. Quando vero aries est in n: ⁊ pet o: mouetur in p: quia sectio que fiebat in f: facta est in h: ⁊ stelle septentrionales ad meridiē mote sunt aliī estimabant eas retrogradari ⁊ motas contra ordinē signorum. Quando vero aries est in parui circuli punctus n p: cōtractu seu prope: quia tunc parum appropinquat vel remoueṫ ab equatore: ⁊ consequenter equatio parū crescit vel decrescit tarde moueri vise sunt: quas de cā Ptholo. comparans loca stellarum ab eo inuenta ⁊ verificata locis earum ab hyparcho consideratis: inuenit motas esse tarde. 1400. ānis gra. vno ex quo tempore hu⁹ aries erat prope punctū contactus meridionalis. scilicet p: ab eo separatus: ⁊ versus m: mouebaṫ. Quando vero idē est prope sectionem parui circuli cū equatore: veloci⁹ moueri videnṫ: quia magis appropinquāt equatori vel ab eo elongantur: quare equatio minuiṫ vel augetur: vt patet in figura. Et ideo posteriores Ptho. inuenerūt eas veloci⁹ moueri 60 annis grad. vno: ve dictum est de opinione Albategni: cuius ratio est. quia tempore eorum aries magis propinquus erat sectioni parui circuli cū equinoctiali: vbi magis sectioni eclyptice cū eodem ⁊ consequenter arieti stelle fixe meridionales appropinquare videbantur. Post hos vero tempore auctoris āno nostre salutis. 1490. aries sectionem transiēs in septentrionem lat⁹ est: ab eadem sectiōe parui circuli cū equatore. 66. gra. distans: vnde equatio est septentrionalis. 9 grad. 48. minu. hoc est distat. 9. gra. 48. minu. a sectione eclyptice mobilis cum equatore: quatore. quare talis sectio fit in piscium 20. gra. minu. 12. Et ita patet ꝙ ab illo tempore vsq; ad tēpus auctoris: magna velocitate declinationem acquisiuit septētrionalem: ⁊ stelle fixe velociter moueri vise sunt sm̄ ordinem signorum. Et ita Thebit saluat velocitatem tarditatem directionem ⁊ regressionē stellarum cum hmōi motu octaue sphere. Uerum an hec opinio possit sustentari: et an saluet apparētias nolo in presentiarum discutere: quia fortissimis ratiōe eam potuissem confringere propter motum quem in stellis videmus alium scilicet in lōgitudine. Similiter an thebit cōtentiat cum moderna opinione in situādo arietem in circulo paruo ⁊ mot⁹ equalitate: quia hoc ex superius dictis. aliud vero ex tabulis Alfonsi de motu octaue sphere ⁊ Thebit de accessionis motu ⁊ recessionis falsis: liqbit eas consideranti: talis resilebo: vnum tm̄ scire oportet ꝙ omni eo modo in quo moueṫ sphera octaua seu accessus tm̄ ⁊ recessus vt vult thebit: seu hoc ⁊ motu in longitudine dicto augiū ⁊ stellarum fixarum: ceu dixit opinio moderniorum: et orbes deferētes augem planetarum etiam mouentur. vt in singulis theoricis planetarum replicatū est. ⁊ hac de cā in tabulis si libeat reperire eas auges: motū octaue sphere velocitatēq; ei⁹ prius oportet calculare. Qua habita ⁊ earū motus nō ignorabitur. Quā operationem quis tabularum canones declarent: mea non est ad presens notificare. Unum tm̄ in fine huius operis remanet gratias agere immensas deo glorioso: qui meā debilem carinā vndis fessam pelagiq; fluctib⁹ bfatigatā: quam submersurā dubitaueram: incolumen ad portū salutis reduxit: reductamq; firmauit. Sit igitur nomen eius benedictu per infinita secula seculorum Amen.

Finis.

Uincentius Eriseus Cesenas artiū ac medicine professor: Domino Francisco Capuano virtutisq; discipline Doctori Astronomiā in academia Patauina publice profitenti. S. P. D.

Quam bene sydereos aperis Francisce meat⁹
 Eternumq; tuo numine pādis opus:
Quis mō dedaleis non te putet ethera plumis
 Ac petiisse pii mensa celsa iouis:
Scribis apollineos cursus: gelideq; sororis:
 Et iouis/⁊ veneris/bistoniq; ducis.
Ingeniū quis enim nō admiretur acumen:
 Palladiumq; caput quis neget esse tuum.
Quum tibi stelliferi pateat vaga machina celi
 Humanum sapias celicolumq; sophos:
Dic Frācisce p̄cor qḋ sit tibi lēma datur⁹:
 An deus: an ne hominū pars vocitere: reor.


Deo gratias.

R. P. Fratris Syluestri de Prierio Sacri ordinis Predicatorū In Theoricas Planetarum Preclarissima commentaria.

Sicut olim in sphere commētarijs: meū fuerat institutū sacras litteras adeūtes eas conclusiones edocere quibus phisice ⁊ astrologia cōmunicant: quis tamen nec curiositati nec desiderio naturali imortalis ingenij usq̄ vllo tp̄e satisfieri pōt. nunc est michi cordi planetarum theoricas explenare. vt earundem conclusionum habeatur notitia plenior. ⁊ vt pateat via hijs q̄ ad tabulas astronomicas ⁊ iudicia proficisci constituerūt. Plerisq̄ enim etiā religiosis recti⁹ consulit curiosa q̄ noxia imo q̄ ociosa sectari. Sūt aūt planetarum theorice Georgij purbachij que nunc frequētiori habent vsui doctrine speculatiue de orbibus planetarū cōpendiū quoddā: ⁊ breue epithoma cōclusionū q̄s ptholeme⁹ ⁊ Gelber hyspanus in suis almagestis disputarūt. pbationibus geometricis sic omissis. vt nude fidei imaginatiōiq̄ tradant: quo celorū sit⁹ motusq̄ nec nō ⁊ tabulaꝝ vocabula ꝯspici possint. Q̄d si factū nō fuisset: sideraliū positionū cursuūq̄ notitia rara admodū mortalib⁹ obtigisset. In harū igit̄ explanatiōe hoc tm̄ mihi obeūdū iudicaui: vt sine pbatiōib⁹ tradita sine pbationib⁹ exponantur. alioquin ad Almagestum rectius lectorem mitterem⁹. Suffecerit igitur quid autor sic ymaginat⁹: ⁊ quid astrologorū vetustissimi aperuisse. Porro etiā in hoc sicut et in omnib⁹ alijs non defuturos boni emulos scio: sed nullus sapiens multos bonos propter paucos malos cōtempnendos esse putauerit. Igitur libellus iste in tres partes principaliter diuisus est. Nam autor primo agit de singulis planetis seorsum. secūdo vero de omnibus simul siue de communibus eorum passionibus ibi. Planeta dicitur directus. ⁊ secūdo de octaua sphera ibi. octaue vero sphere. A theorica autē solis siue q̄ notione facilior siue q̄ pricipalioris sit astri: opusculum suum exorditur. In theorica autem solis principaliter tria facit. Primo em̄ explicat partes eius integrales ⁊ secundo accidētia ei⁹ realia id est motus et que pertinent ad motum. vt axes ⁊ huiusmodi. etiam si realia nō sint ibi. monentur autem orbes. ⁊ tertio accidentia ymaginaria que insunt ei per motum siue ea que de sole precipue querunt̄ in tabulis ibi. Circul⁹ itaq̄ eccentricus. Circa primum multa facit. vt clare patet in textu qui sic dicit.


Sol habet tres orbes a se inuicem. ⁊c.

Theorica orbium solis.



¶ Igitur deo optimo maximo inuocato sciendum est primo q̄ sm̄ Auicēnam in sua metha. ⁊ doctorē angelicū sup Boe. de tri. q. v. ar. j. Ars quedam practica totaliter vt medicina que tota ordinatur ad opus: diuiditur in partem praticā ⁊ in partem theoricā ⁊ speculatiuā. lʒ vtraq̄ pars sit pratica propter maiorem ⁊ minorem propinquitatem partium ad opus. Eodem autem modo sciētia pure speculatiua. vt astrologia que tota ordinat̄ ad scire per se nō autem ad facere: diuiditur in partem speculatiuam siue theoricam. que scilicet versat̄ circa necessaria et celestes orbes. ⁊ per se passiones eorum: ⁊ in partem praticam. que scilicet remotior est a necessarijs. ⁊ circa contingētia versat̄ in sphera actiuorum ⁊ passiuorū que iudicatiua dicit̄. Et hec sm̄. S. Thomam in tractatu de fato est habitus minor sciētia ⁊ opiniōe ⁊ cōiecturalis m̄. Quāuis iste tractatus multoꝝ iudicio false ascribat̄ sctō doctori: sʒ videat̄ esse alberti. Per theoricas igit̄ planetarū duo possumus intelligere. Primo quidē ipsam partē astrologie q̄ circa necessaria est. Et secūdo ipos caracteres ac spheras q̄bus ad predictā notitiā quasi quibusdā rebus sensibilib⁹: veluti pueri manu ducimur. Notandū secundo est in verbo isto tres orbes: q̄ hoꝝ mediū. i. deferentem: Gerardus cremonēsis aliter posuit eadem tm̄ necessitate. ymaginat̄ em̄ totā spherā solis esse orbem vnum ⁊ non tres: infra quē ymaginatur quandā superficiem vel. vt clarius dicatur quoddā foramē orbiculare ad istar anuli tāte vacuitatis quāte grossitiei: et quantitatis est est corpus solere. In eo aūt foramie ymaginat̄ corp⁹ anulare: in quo sol sit infixus: ⁊ veluti gēma in anulo colligatus: q̄d ad motū ei⁹ p illō foramen circularis defertur. Ioānes aūt de monte regio ⁊ Geor. iste pubar. illud corpus anulare conuertunt in spheram ⁊ orbē mediū solis: diuidentes eius spherā in ptes tres vt visū est. Q̄d quidē licet nec ab ipsis sit pbatū. nec dictu forte necessarium: videt̄ tamen esse pbabili⁹: q̄ oē corp⁹ celeste aliud a deferētib⁹ sm oēs est sphera. vel totaliter ābiens centrū mūdi. vt ipsi celi: vel totaliter extra illud. vt stelle ⁊ epicicli: si tamen stelle sūt sphere actu sm quantitatem. i. diuise a suo orbe. Igit̄ pbabile est sic eē de istis deferentibus. Sol igit̄ hʒ. i. habere credit̄ tres orbes. Hoc em̄ nō est demōstratū: sʒ excogitatum ad saluandū q̄ in celestib⁹ motibus apparēt. Et eccentricitas orbis medij sm Ptho. iij. c. iij. o

dictiõis est grad⁹.ij.mi.xxix.sa.xxx.ꝛ ſm Blachi.grad.ij.iiij.x.de ſeptuagīta ꝑtibus ſemidiametri eccentrici. Notandum eſt tertio in verbo ad motū eoꝝ ꝙ ad variatonē augis ymaginādū:opꝫ ymaginari multa ꝗ valebunt ad oim ſequentium ymaginationē. Igitur ymaginemur ꝑrio ꝙ celū quodlꝫ duas hʒat ſupficies :ſicut et vere hʒ. ſ.cōuexā.i.exteriorē qua cōtingat cum ſuperiori celo ſi hʒ ſuperius:ꝛ concauā.i.interiorem.qua contingat cū inferiori:ꝛ ita de omnib⁹ elementis vſqꝫ ad terrā que ſolum hʒ conuexā. Et ſecundo ymaginemur in ſupficie cōcaua primi mobilis.tres lineas circulares paralellas: quarū media hinc ꝛ inde diſtet ab aliis per gradus .vi.ita ꝙ tota ſupeficies contēta infra duas extremas ſit duodecī graduū in latitudīe:ꝛ per lineā mediā ſecet in duas ꝑtes equales. Et tota hec ſupficies eſt zodiacus.ix.ſphere ꝗ vere dicit zodiac⁹ imobilis.qꝛ.ſ.ab occidente in orientem non moueī ꝑ.ix.eſt ſpherā hic capit primū mobile etiā ſi aliud ſit ſupius.vt ꝓbabil⁹ eſt ꝛ S.Thomas tenet in ſcdo ſentētiarū. Et ymaginet ꝗs illam ſpherā ſemꝑ ſtare in eo ſitu quo cōdita eſt.ſ.in ꝑrio puncto arietis exiſtēte in orizonte oriētali nři emiſperij. ꝛ borealibus ſignis exiſtentibus ſub eodem orizōte. Et tertio ymaginet ꝗs i ſupficie cōcaua. viij.ſphere tres alias lineas ſub predictis poſitas:deſignantes aliam ſupficiem dicto zodiaco reſpondentē.ꝛ ei ꝑ omnia equalē ꝓportionabilit. Et tota hec ſuperficies eſt zodiacus.viij.ſphere. Et quarto ymaginetur vtraſqꝫ ſupficies diuiſas ſingulas in partes.xij.ſm lōgitudinē ꝗ dicuntur ſigna. ꝛ ſingulas ꝑtes vel ſigna diuiſas in.xxx. partes ꝗ gradus dicunt. Et.v.ꝙ nullum celum moueat:ſed ſtent oēs ꝛ ſigna zodiaci.viij.ſphere ſtent ſub ſignis zodiaci none.i.aries ſub ariete. Taur⁹ ſub tauro.ꝛ grad⁹ ſub gradib⁹. Et ſexto ꝙ hij tres orbes ſolis ſint ſub vtroqꝫ zodiaco. Deīde ymaginet aliqua pūcta ſub inuicē poſita.ſ.punctū a: in zodiaco.ix.ꝛ b.in zodiaco. viij.et.c.in ſupmo orbe ſolis vbi minus eſt ſpiſſum.ꝛ d:in deferente.ꝛ e:in vltimo orbe ſolis vbi maxime eſt ſpiſſum.ꝛ vnam lineā egredientem a centro terre:ꝛ tranſeuntem per oia puncta ſm iſtam figuram.



¶ Deinde ꝙ in aliquo inſtanti zodiac⁹.viij.vel ipſa.viij.īcipiat moueri motu ꝓprio verſus orientem.ꝛ motu.ix.ſphere cuius none. vt dictum eſt intelligo primū mobile incipiat moueri verſus occidentē:ꝛ in eodem.ix.ſphera incipiat moueri verſus occidentem ſolum: ita ꝙ in centum annis (vt dicitur vel eo tēpore quo tabule te docebūt) principiū arietis.viij.ptranſiuerit de tauro.ix. vnū gradum verſus oriētē.ꝛ reliqrit vnū alium gradū de ariete eiuſdē.ix. verſus occidentem. Deinde ymaginet ꝙ a:non moueatur verſus oriētem.ſed verſus occidentem: vel ſterim mobiliter.quod magis confert.ymaginationi b autem ꝛ c:ꝛ e:vniformiter ꝛ equaliter moueant verſus orientem.ita ꝙ ſemper ſint in dicta linea vero moueatur quidē ꝛ ipſum verſus orientem ſimiliter eque velociter. vt ꝑdicta licet ipm ſubiectum d:velocius moueat quaſi aliorum ſubiecta. Cum igitur aux ſit punctus eccentrici maxime a terra remotus.vt dicet eſt idē ꝙ d:ꝛ augem moueri eſt d:moueri. Mouetur aūt d:ꝛ variatur dupliciter.ſcilicet in ſubiecto ſuo proprio ad hunc ſenſum ꝙ non ſemper eſt in eadem parte deferentis.ꝛ in zodiaco. ix.quia ſcꝫ non ſemꝑ eſt directe ſub eodem puncto zodiaci. Cuius ratio eſt.qꝛ b.dicitur ille punctus deferentis ꝗ eſt in eadem linea cum e:ꝛ c:quicunqꝫ ſit ille. vnde ſi deferens non moueretur vel moueret vniformiter cum duob⁹ orbib⁹ extremis:ſꝑ d:habere indifferenter eandē partē ꝑ ſubiecto. Et ſimiliter ſi c:ꝛ e:non mouerētur aliter ꝗ a:ſemper eſſent ſub eodem puncto zodiaci.ix. Igitur cauſa ꝙ d:in deferente mutet ſitū eſt motus deferētis velocior ꝗ e:ꝛ c. Et cauſa ꝙ idē d: mutet ſitum in zodiaco:eſt motus e:ꝛ c. Et quia autor nō loquitur de motu augis reſpectu deferentis.ſꝫ reſpectu zodiaci:idē eſt augē moueri ꝙ e:ꝛ c:moueri. Et ideo dicit ꝙ ad motum eoꝝ.ſcilicet extremorum orbium ſolis in quibus. ſcilicet ſunt e:ꝛ c:aux ſolis variat. ſcilicet in zodiaco none: non autem in zodiaco octaue.quia vniformiter mouentur e c:ꝛ b. Notandum; eſt etiam quarto in verbo infixum:ꝙ licet ſol ſit infixus:tamē dicitur erraticus non in ſuo deferēte.quia eſt in eo fixus.nec reſpectu ſui centri.quia ſup eo regulariter mouetur.ſed reſpectu zodiaci in quo mouetur irregulariter ratione ſitus:ꝛ reſpectu ſtellarum.viij.ſphere:inquātum nō ſemper ſeruat eūdem ſitum ad illas. Lectio.ij.

Deinde cum dicit.

Mouentur aūt orbes deferētes ꝛc.


¶ Agit de accidentibus realibus theorice ſiue ſphere ſolis.id eſt de motibus eius in ordie ad ſubiecta motuum. Et circa hoc tria facit. Primo enim agit de motu orbiū extremoꝝ:ꝛ ſecundo de motu deferentis ſiue orbis medij ibi. Sꝫ orbis. tertio infert quedam correlaria ibi. Ex hiis apparet. circa primū dicit de proprijs motibus in plurali.pro quo notandum eſt:ꝙ duo orbes extremi ſphere ſolis dicuntur moueri proprijs motib⁹ in plurali:vt intelligas ꝙ non ſunt vnum corpus habens foramē in medio:ſicut dixit Gerar.ſed duo totaliter diſtincta diſcontinua ꝛ diſcontigua in omnibus partib⁹ vbiqꝫ interueniente deferente.vnius eīn corporis eſt tīt

vnius mot⁹.v.meta.⁊ duoꝝ corporum impossibile est esse vnū motū sicut ⁊ vnū accñs duoruz subiectorum. Unde mot⁹ hoꝝ sunt duo physice: q2 sic.i.physice mot⁹ sꝫ substantiā distinguūk sunt tñ aliquo mō vn⁹.s.ratione axis ⁊ poloruz Et dicūk hij mot⁹ ꝓprij.i.a ꝓprio motore: ⁊ nō a superiori celo causati. Dicit etiā sm mutationem.viij.sphere.b.c.⁊.e. equaliter ꝑtranseūt zodiacuz.ix. Dicit ēt poli.s.aduersatiue q.d. Ita sunt distincti mot⁹ istorū orbium ad inuicē: ⁊ a motu.viij.sphere q tamen hñt vnā axem ipsi ⁊ motus.viij. sub zodiaco.ix. q2 poli hui⁹ motus sunt etiā poli ecliptice.viij.sphere super quibus ⁊ ipsa.viij.sphera mouek. Dicit ēt aux.n.eccentrici ⁊c. Pro quo sciendū est q triplex ē superficies.s.cōuexa cōcaua ⁊ plana: ⁊ talis est superficies ecliptice de qua hic est sermo. Est.n.superficies plana circularis.i.terminata ad circularē lineā.q est ecliptica. Imaginetur em̄ quis totū celum stare.⁊ q tota sphera mundi a zodiaco ⁊ infra diuidatur in duo equalia ꝑ vnam supficiē circularē.cui⁹ centrū sit centrum mundi. ⁊ termin⁹ siue circūferentia sit ecliptica.i. linea circularis diuidens zodiacū sm longitudinē siue media inter tres supradictas. Ista dicik superficies ecliptica: in qua est semꝑ aux eccentrici.i. punctū.d.qd motu eccētrico diuidit talē superficiem describendo in ea lineam circularez: cōcentricum eccētrico ⁊ eccēticam mūdo. Et hoc est augē moueri siue reuolui in supficie ecliptice

Deinde cum dicit
Sed orbis solare corpus deferens ⁊c.

tiper minuta ꝓportionalia. Quare oportet ꝙ tria sint paria minutoꝝ proportionalium. Minuta enim proportionalia ad longitudinem lōgiorem sunt excessus linee exeūtis a centro terre ad centrum epicicli: ipso existente in auge deferentis vel equantis: ad lineā exeuntē ab eodē cētro terre ad intersectionem circuloꝝ. Excessus dico diuisus in .lx. ptes. Minuta aūt proportionalia ad longitudinem ꝓpiorē: sunt excessus linee exeuntis a centro terre ad intersectionē ad lineas contingentes: vbi est maxima appropinquatio epicicli ad centrum terre. Ab eodē autē loco vsq̄ ad oppositum augis equātis cū sit linea exiens .i. excedēs: mutant etiam minuta ꝓportionalia. Johanes autē de monte regio aduersus hoc argumētatur. Et quidē q̄tū ad eq̄tiones dicit sic. Equationes argumentorum in tabulis scripte. non sunt cōparate ad illā sectionem circuloꝝ: se ī s̄m mentē ptholomei cuȝ ad sitū centri epicicli. vbi distantia eiꝰ a cētro mūdi equalis est semidiametro deferentis: quam nire suo in .lx. equas partes diuidit. Nam si recte numeraueris: equatio argumēti maxima q̄ accidit cētro epicicli existente in predicta sectione nō excedit .xxj. gra. z .xxv. mi. Ea autē quā hn̄t tabule .xxij. gra. z duo minuta cōplectit. Dū em̄ centrum epicicli ab auge equantis medio cursu suo distat per gradus .lviij. z minuta fere .xx. ipsum est in dicta sectione. Tunc autem distātia eius a centro mundi habet partes .lxj. quales .6 sunt in semidiametro deferentis Et insuper minuta .xxxvij. vnius partes hec ille. videtur autē mihi ꝙ bene dicat: sed tamen ꝑdicti nō sentiunt secus ab eo: q: parum pro nihilo reputantes cū Aristotele .ij. physicorum: dictum locū designare conati sunt. per aliquod accidēs in circūferētia deferētis cuiusmodi est ista sectio. Quantū vero ad minuta ꝓportionalia sic dicit Gerardꝰ in hoc dupliciter peccat: ꝑmū quidē ꝙ ipsa minuta ꝓportionalia cōsiderat per excessum linearū velut in alijs planetis: non equationū argumēti maximarū siue relatiuarum: partim vero q̄ situm epicicli in huiusmodi minutis extrahēdis obseruat in dicta sectione: cū in eo situ potius statuendū sit vbi a centro mundi .lx. memoratis partibus remouentur: z ad equationes argumētorum ibi contingentes referende sint bine equationes que ī maxima z minima cētri epicicli a centro mundi distātijs accidere solent hec ille ad quē cuiꝫ z respōsio facilime pꝫ ex dictis

Lectio tertia.

Sequitur de passionibus cōibus omnibus planetis.

Planeta dicitur directus: quando etce.

¶ Postq̄ auctor egit de theoricis planetarū z eorū passionibꝰ proprijs: vult agere hic in secūda pte sui opusculi de passionibꝰ cōibꝰ omnibus aut pluribꝰ planetis. Lȝ eī cōiora accidētia sint ī nr̄a cognitione priora ceteris paribus: sit tn̄ ipsa cōiora nō cōueniūt subiecto absolute sed in ordine ad aliud: vt quo ad planetas est declinatio z latitudo z directio. z retrogradatio z hmōi: secus est. Circa hoc aūt multa facit. Primo eniꝫ agit de passionibus cōuenientibus planetis s̄m motū longitudīs in zodiaco: z secundo de conuenīētibus eis s̄m motū latitudis ibi (Declinatio stelle zc.) Circa primū agit primo de cōuenientibꝰ eis solū ex motu epicicli: z secundo de cōuenientibꝰ eis etiā si ille nō esset. ibi. (tardi dicūtur zc.) Circa primū sciendū est. ꝙ ille passiōes sunt quattuor. s. directio retrogradatio. z statio pria. z scd̄a: ex quibꝰ q̄ttuor cōflatur vna passio equata aliqbꝰ planetis: ꝑ modū disiūctiōis: eo modo q̄ par vel ipar est passio numeri. Sēp em̄ quidā planete sūt directe vel retrogradi vel stationarij vt patebit: Circa ptē agit istam auctor multa facit. Prīo eī declarat quando predicta conueniant alicui planete. ¶ Pro quo nota ꝙ linea mota tunc videt stare cū est in aliquo pūcto vel prope ad quē accedit z ab eo reflectitur: quia aliquo tempore est prope illū. Et cōsequenter videtur in eo quiescere. Et sic est in ꝓposito quia licet planeta in epiciclo non reflectatur: q: continue mouet circulariter: tamē linea veri motus eius quando planeta mouetur in vna parte epicicli ab occidente in orientē vel ecōuerso. tūc dicta linea mouet per dictam ptem z iper oppositum: cū ipsa vtriusq̄ partis arcū cōtingat. Cū vero epiciclus incipit moueri per oppositā partem: oportet ꝙ dicta linea moueat ad opposituū q̄ prius moueretur. Et quia non potest moueri per aliam partem quā prius eo per vtranq̄ moueretur: oportet ꝙ moueatur per eandem z consequēter reflectitur. Et ꝯn̄r videtur stare. vtrū autem quiescat dicta linea: dico ꝙ non. q: semꝑ transit ꝑ centꝝ planete: qđ nunq̄ est in aliq̄ vno puncto nisi per instans: z cōsequenter ēt illa non est in aliquo vno puncto nisi per instans. Quies aūt reqrit aliquid esse in eodem loco vel puncto per tēpus: quia q̄escere est aliquid eodeꝫ modo se habere nunc z prius. Sed cōtra: q: in oī motu reflexio necessario accidit quies vt ꝓbatur. viij physicoꝝ. Sed illa linea reflectit. Ad hoc dico ꝙ verum est dictū phī tā in motu recto q̄ in circulari: qn̄ id qđ mouet est vnum numero qđ nō est hic. etiā s̄m ymaginationē: sed in ipso pūcto in quo centrum epicicli incipit retrocedere tunc primo est vna alia linea numero: ymo in oī puncto ymaginato in dictis arcubꝰ est alia z alia numero s̄m ymaginationē: q: licet terminent oēs ad eosdem terminos .i. centra mundi z planete: tn̄ oēs terminant in diuersis sitibꝰ. Et hoc mō intelligendū est lineam ymaginariam moueri.

¶ Secūdo aūt declarat vbi eis ista conueniāt Et hoc diffiniendo quedam dicens.

Statio prima in pria significatione zc.

¶ Ubi nota verbum in eodem situ: quia .s. cum puncta stationaria semper inuicem equaliter hic inde distent ab opposito vere augis epicicli ī diuersis tamen sitibus deferentis existente cētro epicli dicta pūcta equaliter a dicto opposito magis elōgātur vel ei magis appropinquāt cuius ratio patebit Et tn̄ existēte ī eodē situ illa equaliter distāt sicut ꝑus cū eēt ī eodē. Nota ēt verbū ꝑ oppositum: q: statio scd̄a in scd̄a significatiōe īcludit ꝑmā: z trāsit ꝑ oppositū augis vsq̄ ad punctū statiōis scd̄e. Nota ēt verbū opposito augis equātis: q: idē ē dictu ac si dicat qn̄ magis appropiquat cētro terre. Ratio vero huius est q: ista puncta stationū sicut z arcus retrogradationis ab eis inclusus determinantur ꝑ duas

lineas faciẽtes angulũ in centro mũdi. Ex hoc
eñ sequitur ꝙ q̃to arcus ab eis inclusus est vici-
nior centro mũdi in quo ille linee cõcurrũt: tã-
to sit minor. ꝛ dicta puncta viciniora opposito
augis epicicli. Causa aũt ꝙ ille arcus appropin
quet centro mundi. est appropinquatio epicicli
ad idem. ꝛ epicicli magnitudo: vñ q̃to epicicl⁹
est maior tanto est minor arcus retrogradatio-
nis cõparatiue ad totum arcum epicicli. Est et
tertia causa. s. motus argumẽti tardior. Sed lꝫ
forte tarditas hec aliqd faciat ad hoc: nõ video
tamẽ quomodo: sed sic dixit magister vel quia
magnitudo epicicli ꝛ tarditas circuitiõis in eo
se consequũtur ceteris paribus. vñ ista tertia cã
nõ ponit in numerũ cum secunda. Vel ideo sic
dixit: qꝛ licet velocitas aut tarditas nihil confe
rat ad magnitudinem vel paruitatem arc⁹: tñ
confert ad tempus quod magnitudini propor-
tionatur vt sit maius maioris ceteris paribus.
Motus eñ argumenti est motus planete in ar
gumento: ꝛ est idem ꝙ motus epicicli in oppo-
sito cũ sit sermo de argumento qđ est pars cir-
cunferentie epicicli. Velocitas autem vel tardi
tas mot⁹ epicicli nihil facit ad hoc ꝙ maior ar-
cus cadat inter predictas duas lineas vt dictũ
est. Sed facit ad hoc quod tempus mensurans
motum planete per dictũ arcum sit maius aut
minus. Et qꝛ ceteris paribus si arcus sit maior
etiam tempus est maius ꝛ econuerso. Ideo id
quod facit tempus maius. s. tarditas motus.
Dicit magister facere ad maioritatem arc⁹. vñ
ꝛ statim subdit: ꝙ ipsa tempora variantur qui-
bus mensurãtur motus per tales arcus. Sed
primũ est melius. Et si quis querat quomodo
scit ꝙ varientur hm̃oi tempora dicit. Exit eñ
tempus. ꝛc̃. Et idem est ac si dicatur. vide per
tabulas q̃tus sit mot⁹ argumenti planete siue
planete in argumẽto in vno die: ꝛ per hunc mo-
tum. i. per arcum argumenti vno die per transi-
tum: deinde arcum propositũ: ꝛ habebis quot
dies durat ille motus ꝛc̃. vñ tempus exire est tẽ
pus resultare quemadmodũ si dicamus ꝙ sup
putando. 2. 3. ꝛ. 4. exit numerus nouenari⁹. De
his tamen stationibus ꝛ retrogrationibus etiã
in cõmentarijs in spheram multa scripsimus.

Tertio infert quedam correlaria dicẽs
Ex dictis sequitur ꝙ si statio prima ꝛc.

¶ Pro quo nota ꝓbum remanet statio secun-
da. i. arcus eidem equalis: qꝛ q̃tus est arcus ab
auge epicicli per eius oppositum vsqꝫ ad pun-
ctum sc̃de stationis qui est statio secunda: tan-
tus etiam est ab eadem auge per punctum sta-
tionis secunde vsqꝫ ad punctũ prime: cum ista
duo puncta hincinde equaliter distẽt a linea au
gis. Et hoc remanet sublata prima statione.
¶ Quarto facit quãdã exceptionẽ ĩ lũs dicẽs.

Lune tamen quanquam epiciclum ꝛc.

¶ Patet autẽ textus ex dictis in his ꝛ in prio
rib⁹ cõm̃tarijs: excepto ꝙ mot⁹ epicicli cẽtri ẽ
motus deferentis epiciclum: ꝛ motus cẽtri lu-
ne est motus epicicli deferentis lunam. Ista ꝙ
lune non conueniunt quia velocius circuit eius
deferens q̃ epiciclus.

Deinde vero cum dicit.

Tardi dicuntur planete et minuti ꝛc.

¶ Agit de passionibus que possunt etiam sine
motu epicicli conuenire planetis. Et diuiditur
ista pars in duas: qꝛ ꝓmo agit de cõuenientib⁹
planetis comparatiue ad spacium in quo mo-
uentur. Et sc̃o de ꝯuenientibus eis compara
tiue adinuicem ꝛ ad oculum nostrum ibi (aspe-
ctus autem.) Prima pars diuiditur in duas: qꝛ
primo facit id quod dictum est. sc̃o agit de pas
sionibus que conueniũt eis rõne sui motus ibi
(Aucti. ꝛc̃.) ¶ Circa primũ nota primo: ꝙ tar-
dum ꝛ velox importent duo extrema inter que
mediat vniforme ꝛ regulare. per quod ipsa co-
gnoscuntur. sicut pꝫ ex. vi. ꝛ. viij. physicorum.
Linea autem medij motus oĩm planetarũ re-
gulariter mouetur vt ex dictis pꝫ. Et ideo ve-
lox ꝛ tardum: diffinitur in planetis per illam.
Tardi ergo dicũtur planete ꝛ cursu minuti: cũ
linea veri motus eoꝝ tardius mouetur q̃ linea
medij motus. Et hec quidem sufficerent ad de
scriptionem: sed qꝛ causa huius tarditatis non
solũ est irreglaritas mot⁹ deferẽtis sup aliquo
centro. sed etiam retrogradatio: ideo ad plenio
rem doctrinam subditur: aut contra successionẽ
incedit. i. ꝟsus occidentem ad oppm̃. s. mot⁹ de
ferentis. quod fit qñ retrogradi sunt. Nota se-
cundo ꝙ planetam augeri numero: est habere
plures numero ptes eiusdem circunferẽtis: sicut
plures habet si habet medium motum ꝛ equa-
tionem. q̃ si habet primũ tantum

Deinde cũ dicit.

Aucti lumine: cum recedunt a sole ꝛc.

¶ Agit de passionibus que ad motum in spa-
cio consequuntur ꝛ multa facit. Primo eĩ agit
de eis ĩ gñali. Pro quo nota ꝓmo ꝙ planete nõ
priuantur vere suo lumine propter accessum ad
solem: sed potius in eis augetur eo quod simile
cõfortetur a simili: sed priuatur quo ad nos: qꝛ
sic verum est cõmunis sententia ꝙ maius lumẽ
obtenebrat vel obscurat min⁹. Nota secundo ꝙ
cetera que in hac parte continentur patent ex di
ctis in spheram de ortu ꝛ occasu signorum

Deinde vero cum dicit.

Tres superiores nõ occidunt occasu ꝛc.

¶ Applicat predicta aliquo modo ad tres su-
periores planetas. Pro quo nota ꝙ ad occide-
re occasu matutino ꝛ oriri ortu vespertino: re-
quiritur planetam moueri velocius sole: vt ex
diffinitionibus pꝫ. Tres autem superiores pla
nete non mouentur velocius sole sed tardius.
Sed contra: qꝛ secundum hoc idem esset de mer
curio ꝛ venere: quia isti non feruntur citius so-
le lꝫ hoc faciat luna. Respondeo ꝙ licet motus
deferentis mercurij ꝛ veneris sit equalis motui
deferentis solis: tamen quia isti habent epici-
clum: ideo aliquando sunt orientales ꝛ aliquan
do occidẽtales ad solem: ꝛ qñ sunt directi mo-
uentur velocius: quãdo retrogredi tardius. Et
maxime venus cuius epiciclus ꝛ est magnus ꝛ
mouetur etiam ŝm latitudinem. Et iuxta hoc
intellige sanctum Thomã super Iob. 38. dicen
tem planete tardiores sole. s. Saturnus Iupi-
ter ꝛ Mars. incipiunt apparere ante solis ortũ.
Luna vero tantum in sero: qꝛ est velocior sole.
Venus autem ꝛ mercurius q̃nqꝫ in mane: q̃nqꝫ

in sero: qr aliquado velocius aliqūdo tardi⁹ sole mouetur hec ille Luna eī etiam quādo in epiciclo retrocedit: adhuc moueī sole velocius propter velocitatem motus deferentis: ideoq3 semper est velocior sole. ¶ Et tertio applicat ad lunam dicens.

Triplex autem est ratio. cur lunam rc.

¶ Pro pⁱma aūt ratione nota ꝙ supposito: vt hic supponiī in hac rōe. ꝙ luna nullā habeat ab ecliptica latitudinē: si luna fuerit in signis directe occidentibus cuiusmodi sunt sex existentia inter finem sagittarij z principiū cancri. seu qđ idem est finem geminoꝝ. tempore cōiunctionis citius apparebit: non quidem existentibus sub equinoctiali vel vltra sed in climatibus septentriōalibus i quibus orizon declinata coluro et polo artico. ꝓsus aliud emisperium. Nam tunc gradus circuli reuolutionis lune. i. illius circuli quez motu pⁱmi mobilis luna describit z q est vnus de parallelis quos describit dum ab equatore mouetur ad tropicos: superabunt gradus zodiaci pertransitos a luna motu proprio dum recessit a sole. i. plures erunt de illis gdibus supra orizontem. q̄ de gradibus zodiaci per transitis: propter hoc ꝙ declinat orizon z zodiacus recte ibi occidit. Si ḡ gradus zodiaci sit exēpli gratia vn⁹. z gdus illius circuli sint duo: postq̄ sol erit sub orizōte vno gdu adhuc luna erit supra illū. ꝑ graduz vnū: qđ nō esset si gdus eēnt vtrobiq3 eq̄les. Pro scđa ꝓo nota: ꝙ qū luna post⁹ ꝯiunctionē moueī in latitudinē septētrionalem. i. per eā ꝑtem sui deferētis q̄ declinat ad septētrionem: citi⁹ vr: qr ceteris parib⁹ citius remanet supra orizōtē de sero occidēte sole ꝑꝑ declinationē orizōtis. Pro oībus autē nota ꝙ opposita istaꝝ triū rōne. accidūt qū ꝯiunctio fit in alia medietate zodiaci. z statim post ꝯiūctionem luna moueī in latitudinē meridionalem z est tarda cursu

Deinde cum dicit

¶ **Aspectus planetarum trinus est rc.**

Agit magister de ꝓprietatib⁹ planetaꝝ in ordine ad seinuicē z ad oculū nostrū: siue de aspectibus qb⁹ seinuicē: z qbus nos illos aspicimus: q aspect⁹ sunt. trin⁹. quadratus. sextilis. ꝯiunctio. z oppositio loci vⁱri z loci apparentis. Et diuidiī hec ps in tres: qr pⁱmo agit de cōꝑatione planetaꝝ scđz aspectū: z scđo de quorūdā aspectuū ꝯpatione vel diuersitate ibi. (Diuersitas aspect⁹ rc.) tertio declarat quedā spectātia ad ꝯiunctiones z oppōnes solis z lune ibi (Digiti sclipitici) Pro pⁱmo intelligēdo ymagineī quis eclipticā super axe zodiaci: z deide aliam lineā circularem transeūtem super polos zodiaci z secantē eclipticā ad angulos rectos sphērales siue orthogonaliter sm istam figuram.



¶ Dicit igitur aliquarum linearum cōiunctio esse sm lōgitudinē zodiaci: quando sunt i eadē linea secāte orthogonaliter eclipticā sm latitudinem vero qū sunt in eodem puncto ecliptice. Sciendum ꝓo est ꝙ omnes linee medioꝝ motuū planetarum ymaginabiliter mouētur in superficie ecliptice: ita ꝙ omnes ad eclipticā terminanī etiam si egrediātur a centro equāris qr equās est pars superficiei ecliptice. Et ideo cōiunctio planetaꝝ media. i. sm lineas mediorum motuū fit quando tales linee cōiunguní sm lōgitudinem zodiaci. i. qū terminanī ad eundem punctum. s. ecliptica: vñ talis coniunctio est sm longitudinem z latitudinez simul linee autem veroꝝ motuū nō moueñí in eadē sup̄ficie ecliptice semper l3 aliquando sint in ea: qr tales linee mouentur in superficie deferentiū q intersecant sup̄ficiem ecliptice. quando deferens non moueī super polis zodiaci vel sub ecliptica. Et ideo ꝯiunctio sm istas lineas non est semper in ecliptica z ꝯsr sm latitudinem: sed solum qū ē in capitibus vel caudis draconū: est tamen in linea secante eclipticā orthogonaliter. z ꝯsequeī est sm longitudinem. Cetera que in hac parte dicuntur sunt plana hac intellecta figura

¶ **Theorica aspectuum et radiorum**



Deinde vero auctor cū dicit.

Diuersitas aspectus astri est, arcus rc.


¶ Agit de diuersitate vⁱri z apparētis loci planete z facit quattuor: quia primo declarat istaz diuersitatem in cōi inferēdo aliqua correlaria. Pro cui⁹ intellectu notāda est hic theorica siue figura diuersitatis aspect⁹ ē ꝯiūctionis visibil' q ponūī i seq̄ntib⁹. Et hec ēt figura tota pz: scito qđ pu⁹ semicircul⁹ q ā rea: est signū dimidij elementi terre. vñ linee q egrediūī a cētro illi⁹ semicirculi sūt q egrediūī a cētro tre: q ꝓo egrediūī ab ei⁹ circūferētia: itelligūī egredi a b oculo nño cū nos i tre sup̄ficie hītem⁹: vt pz in hac figura.



¶ Et secūdo declarat eandem diuersitatem sm lōgitudinem dicēs

Diuersitas aspectus astri in lõgitu. &c.

Patet autem hec pars ex ista figura.



Et tertio declarat eandẽ sm latitudinẽ dicẽs. Diuersitas aspectus astri in latitudine &c.

Patet autem hec pars tota ex hac subiecta figura & ex hoc quod latitudo stelle est declinatio eius ab ecliptica.



Sed tamen pro āpliori notitia notandum est primo: illud verbum. Similes est &c. Dicuntur enim partes circulorũ esse similes: quã sunt inuicem proportionate: etiam si nõ sint inuicem equales. Quãdo cunqꝫ ergo partes maior & minorũ circulorum in eisdem lineis intercipiunt: siue circuli illi se contineat siue sint inuicem paralelli: dicuntur similes. sed non equales nisi proportionaliter. Ecliptica autem & duo circuli eidem paralelli & ea minores: sunt oẽs paralelli. Et ideo pars eclipṫice quam includunt duo circuli transeuntes per polos eius que est diuersitas aspectus sm longitudinem est similis partibus illorum paralellorum quas idem circuli intercipiunt. & consequenter ille partes sunt similes diuersitati aspectus sm longitudinem. Notandum secundo illud verbum linea diagonali. hic enim textus videtur diminutus nec aliud exemplar inuenire potui: sed tamen veritas est hec. Diuersitas aspectus secundum longitudinem accipitur in linea ecliptice: secundum latitudinẽ vero in linea orthogonaliter secante eclipticã siue in circulo transeunte per polos ecliptice. Sed si ducatur linea a puncto incidentie vni⁹ circuli magni cum vno paralello ad pũctum incidentie alterius cum altero: illa transibit per duos angulos predicti quadrati vel quandranguli. Et quarto descendit ad solem & lunam dicens.

Diuersitas aspectus lune ad solem &c.


Theorica diuersitatꝫ aspect⁹ & cõiũctõis visibil




Patet autẽ tota ista pars & superiores hoc notato qꝫ xc. gradus super quarta pars circumferẽtie ecliptice & cuiuslꝫ circuli p ccclx. diuisi.

Deinde vero cum dicit.

Digiti ecliptici: dicuntur duodecim &c






Declarat quedã nomia spectãtia ad aspectus principaliũ luminariũ. Et circa hanc partẽ multa facit. primo enim declarat digitos eclipticos Pro quo aduerte qꝫ dyameter solis vel lune licet sit tantũ vn⁹ inter duo puncta: tñ multipliciter sumi põt .s. primo: vt est in se: & sic est valde magn⁹ iuxta magnitudinem corporis solaris. & secundo vt est visibilis .s. in ordine ad oculũ nostrum: & sic ẽ multo minor qꝫ sit ille rõ distantie a visu nr̃o & maxime quando sol in auge qꝛ tunc est in summa elongatione vt videtur minimus & paulatim videtur maior vsqꝫ ad opposi tum augis vbi videt maximus. Et tertio vt est eclipsatus: & sic est adhuc minor quã nõ eclisatur totus sol sed tunc quod eclipsatur de eo nõ est diameter sed pars diametri

¶ Dicit igitur magister quod digiti ecliptici. s. sic ab astrologis vocati rõne alicu⁹ similitudinis ad manũ et ad digitos: sunt. xij. partes diametri corporis solaris vel lunaris eclipsate. i. sunt talis diameter diuisus per. xij. et eclipsatus: ita quod ille partes sunt quidem semper digiti. i. partes sz non sunt ecliptici si non eclipsentur

¶ Et secundo declarat minuta casus et more dimidie in ecliptici lunari et solari. dicens.

Minuta casus &c.

¶ Pro quo est notandum. primo quod eclipsis lune aliquando est particularis. aliquãdo vniuersalis. Et si fuerit vlis, aliquñ est cũ mora. Et sitr si fuerit particularis aliqñ breuiori et aliqñ prolixiori tpe durat. hoꝝ aũt oĩm rõ et cã pz p alfraga dñã. xxviij. Umbra enĩ terre lunã excedit pportiõe dupla sup tripartiẽs qntas: vt supponit. Cũ ergo in oppõne centrũ lũe fuerit in ecliptica. eadẽ linea transeũte p cẽtrũ sol' et lune et tre ac p axẽ vmbre terre piramidalis fm istã figuram




¶ Tũc luna eclipsabit tota: et p tps eclipsata manebit. et tũc erit eclipsis vlis cuz mora aliquãdo sine mora. Sed vlis sine mora erit si tota quidem eclipset: sed nõ permanest eclipsata vt qñ in oppõe luna tñ extra eclipticam fuerit in latitudine. qñtum semidiameter vmbre terre excedit semidiametrum lũe fm figurã predictaz.

¶ Ita. s. quod linea trãsiens per centrum solis et terre terminet in ecliptica vt semper facit: et centrum lũe sit in medio inter talem lineam et radiuz visualẽ vmbre terre Sic ergo luna habuerit latitudinẽ eqlẽ semidiametro vmbre: ita quod centrũ lune sit i linea visuali vmbre: eclipsabit media: vt et iã i dicta figura pz Et si latitudo lũe sit pãta qñta semidiameter vmbre et semidiameter lune. vmbra ptiget lunã in pũcto nõ erit eclipsis vt et in eadẽ figura pz. Scdo etiam aduerte quod Gerard⁹ et Joãnes de sacro busto sic diffiniũt. Minuta cas⁹ i eclipsi lunari dñr minuta celi q̃ trãsit lũa a pncipio eclipsis vsqz ad mediũ si nõ obscurat tota: vel vsqz ad pncipiũ totalis obscuratõis. si totlr obscurat. Minuta aũt dimidie more sunt minuta q̃ trãsit linea a pncipio obscurationis. s. totalis vsqz ad mediũ. Et pp hoc si ista miuta diuidãt p motũ lune equalẽ i vna hora. venit tpa i quo luna ptrãsit ista minuta. hec ille. Sed Joãnes de mõte regio ptra ista sic dt. Nõ põt quisqz p suo arbitratu &c. diffinire: qr lz hoc pmis artiũ traditorib⁹ liceat: cõmentatorib⁹ tñ et seqntib⁹ hoc nõ lz. Debuitquoqz Gerar. imitari Ptho. et alios q̃ minuta cas⁹ diffiniũt ea q̃ ptrãsibit luna a pncipio eclipsis vsqz ad mediũ superando solẽ i eclipsi pticlari i vli aũt a pncipio eclipsis vsqz ad pncipiũ toti⁹ obscuratiõis: ita quod minuta cas⁹ intelligãt esse excess⁹ ille q̃ mot⁹ lũe verus: in tpe hmõi supat motũ solis veꝝ nõ ipse mot⁹ lune simplr. Hec enĩ diffinitio correspondet mẽti ptho. i. vj. lib. i. c. vij. magne ppõis sue. Sz et i oĩb⁹ tabulis talia scribũt minuta casus Quãobrẽ ad hñdum tps expositores tabulaꝝ mouent ista minuta cas⁹ diuidi p supatione lune verã in vna hora: aut eisdẽ addi duodecimã sui partẽ: et collectũ diuidi motũ lune veꝝ in hora. quoꝝ neutrũ bñ perciperet si minuta casus iuxta hui⁹ viri sententiã diffinirent. Et idcirco seqntem lraz negligendã cẽseo cum subdit. Et ppter hoc inquit. Si ista minuta diuidant &c. Nam et si p diuisionẽ hmõi exeat tps in quo luna percurret ipa minuta: nõ tñ illud est tps cursus aut dimidie more. Sed opoitebit minuta hmoi diuidi p superatiõnẽ lune in hora quẽadmodũ supra monim⁹. hec ille. valde bñ: sed pro hijs recordari opz quod tam sol q̃ luna ad orientẽ mouet i suo deferẽte. sz lũa mlto veloci⁹ a sole.

¶ Postq̃ aũt magr agit de passionib⁹ pueniẽtib⁹ planetis fm motũ lõgitudinis in zodiaco agit de pueniẽtib⁹ eis p motũ latitudinis. i. de latitudine declinatione. Et circa hoc duo facit

¶ Primo enĩ diffinit declinationem et latitudinem dicens. Declinatio stelle. &c.

¶ Theorica declinatiõis et latitudinis



Deinde est dicit.

Declinatio stelle est distantia ipsius &c.

¶ Et secundo applicat diffinitiones datas ad planetas: ostendens quibus e quomodo conueniant declinatio et latitudo. Applicat autem primo ad solem dicens

Ex his et de sole supradictis mani. &c.

¶ Et secundo applicat ad lunam dicens.

Luna autē et alii quinqз latitudinē &c.

¶ Et tertio applicat ad tres planetas sole superiores: sed in hac applicatione multa facit. Nam docet q̄ oīs q latitudinē vnā habent pp declinationem deferentis ab ecliptica dicens.


Tres vero superiores duplicem &c.

¶ Patet autem tota ista pars ex dictis et ex his paucis. Sciendum est enim q in deferente martis iste punctꝰ qui maxime ab ecliptica declinat, vtpote medius inter capus caudāqз draconis: hincinde distans equaliter: illemet est etiam maxima eleuatio a centro terre. & consequenter aux: in aliis autem duobus aux non eque distat a draconibus suis: idest a locis sectionis eccentrici & ecliptice. Ratio autem huius differentie est situs centrorum diuersus: qz semper in vna linea sunt quattuor puncta. s. aux & oppositum augis & centrum mundi & centrū eccentrici. Sed contra: quia horum trium planetarum & mundi videtur esse idem centrum: quia sunt concētrici mundo secundum duas extremas superficies. Sed dicendum est q verū est loquendo de centris totalium sperarum. sed tamen centra deferentiū sunt alia a centro mūdi & ab inuicem: saltem quo ad martem.


¶ Deinde vero docet q aliam habent latitudinem propter declinationem circuli epicicli ab ecliptica et a deferente dicens.

Latitudinem autem aliā ex parte &c.

¶ Pro ymaginanda autem sententia huius partis que difficilis est. & faciens ad multa sequentia: oportet ante omnia terminos declarare. Igitur superficies epicicli plana: est superficies circularis inclusa vna linea circulari. Et dicitur plana ad differentiam conuexe. & etiam concaue si eam haberet epiciclus. Superficiem autem planam a plana declinare: est eam intersecare iuxta istam figuram.



¶ Epiciclum autē mouere in latitudinem. s. zodiaci respectu augis vere: est augem veram eius mouere a septentrione in meridiem vel econuerso: sicut mouere ab oriente in occidentem vel ecōuerso est mouere sm̄ longitudinem eiusdem zodiaci. Longitudines autem medie epicicli: sunt due linee facientes hinc inde angulum rectum in centro eius cum linea augis & oppositi. vel sunt puncta terminantia dictas lineas secundum hanc figuram.



¶ Nodus autem capitis vel caude draconis ē ipsa linea in qua due supficies plane se intersecant vel punctꝰ in quo se earum circunferentie secāt. Diameter autē augium epicicli: est linea terminata ad augem & oppm̄ per centrum eius transiens. His premissis sciēdum est q epiciclꝰ de quo nunc est sermo. 3. habet motus: quorum vnꝰ est p accidens ad motum deferentis de quo nō loquimur: & duo sunt p se. vnus. s. sm̄ longitudinem q̄ est circularis perfecte. & alius sm̄ latitudinem: q̄ non est complete circularis: sed est quidam accessus & recessus eo modo quo super polis cāpane mouet̄ campana deorsum & modiolus desuper Et iste vltimus motus fit sup lineā transeuntē per cētrum eius. & lōgitudines medias. i. terminata ad puncta longitudinum mediarum. Ille vero q̄ est secūdum longitudinem & per se: est super axe qui iacet q̄dem super circunferentia eccentrici non tamē orthogonaliter vt de lune epiciclo dictū est: sed trāsuersaliter seu oblique: ita q dū cētrum epicicli fuerit in superficie ecliptice seu in nodis iste axis ad superficiem ecliptice iacet orthogonaliter & ad superficiē deferētis transuersalr̄: sm̄ istā figurā



¶ Et tunc axi ecliptice eque distat: sed non cū a nodis recesserit: qz poli eiꝰ alternatim eleuantur & deprimuntur. sm̄ accessum & recessum superficiei plane epicicli ad superficiem planā deferentis & ecliptice. Sed axis huiꝰ accessus & recessusq̄ semper est in inferiori & superiori parte quecunqз sint ille nō variatur: sed sicut in nodis axi ecliptice orthogonaliter super istet: ita semper in toto motu ad illum eodem mo dōs habet. Et sic eque distat superficiei ecliptice ad hunc sensum q in nullam partē motus illa mu

perficiem cõtingit. secundum aliquam sui parte vel ei magis propinquat quam secundũ aliam Ex istis autem patz littera et ymaginatio magistri.
¶ Deinde autem infert quattuor correlaria. Et primum quidem infert dicens.

Ex his apparet primo quod axis. etc.

¶ Et patz illud ex dictis. scdm aũt infert dicẽs

Secundo: semper corpus planete etc.

¶ Pro quo nota quod hoc correlarium sequit ex eo quod dictum est: dum centrum epicicli est extra nodos oppm augis declinare a superficie plana eccentrici. ad eam partẽ ad quam eccentric⁹ declinat ab ecliptica: et pñr tunc ipsa aux declinat ab eccentrico versus eclipticam. Hoc est, est dictu: quod dum centrum epicicli est in latitudine meridiana: aux eius declinat ad septẽtrionem et cõsequenter versus eclipticam: et dum illud est in septẽtrionali: ipsa declinat versus meridiem. et cõsequenter versus eclipticam. Aux ergo epicicli semper est inter deferentem et ecliptice superficiem: et consequenter tota illa medietas superficiei epicicli in qua est aux: et pñr quãdiu planeta est in illa superiori parte est inter superficiez eccentrici et ecliptice. ¶ Similiter autem infert tertium correlarium dicens.

Tertio auges epiciclorum veras etc.

¶ Pro quo nota quod sensus auctoris est hic: lz linee per centrum epicicli tracte non terminent semper ad augem veram et mediaz: quia iste linee terminentur in superficie plana deferentis extra quam aliquando est aux epicicli: tamen per istas lineas cõtingit dictas auges determinarẽ idest demonstrari et designari et inueniri: quia aux est in directo talis linee. sic quod potest reperiri per vnam superficiem planam epicicli. que includet illa: duo pũcta. et erit orthogonaliter secãs aliã superficiem epicicli constitutam sub eccentrici superficie. ¶ Quartũ correlariũ infert dicẽs.

Quarto manifeste patz: centra defe. etc.

¶ Et patz ex dictis.


Deinde vero cum dicit.

Sed venus et mercurius triplicem etc.

¶ Diffinitiones datas de latitudine et declinatione applicat ad Venerem et Mercurium: sed in hac applicatione multa facit. primo enim explicat. 3 eorum latitudines. Pro quo aduerte quod alius est dyameter qui inclinatur et alius super quem fit inclinatio: quia vnus orthogonaliter alium secat. Similiter alius est qui reflectitur et super quem reflectitur ¶ Secundo vero declarat eas. Et circa hoc tria facit. secundum quod illas. 3. declarat vt patebit. Circa primũ autem scdo facit. Nã primam declarat dicens

Superficies nãque deferentis in lati. etc.

¶ Pro quo isto intelligendo ante omnia terminos declaremus. Igitur diameter longitudinum mediarum. hic est linea transiens per centrum mundi et ad puncta longitudinum mediatum deferentium veneris aut mercurij terminata: vel per illa vsque ad vltimũ celum extenta Latitudinem autem esse respectu augis est. est ipsam augem moueri a septentrione in meridiẽ vel econuerso. Diameter autem mundi. hic dicitur diameter ecliptice transiens per centrum mundi. non autem ipse axis mundi quamquam et ipse sit diameter respectu coluri et recti orizontis et meridiani Superficiem autem deferentis moueri nunc ad septentrionem nunc ad meridiem dicitur est eam non moueri circulariter. sed motu accessus et recessus. eo modo quo supra de campana dictum est. His visis sciendum est: quod deferens intersecat equantem quando ab eo declinat in longitudine media. i. in linea transeunte per cẽtrum mundi et hincinde ad eclipticam terminata ita quod puncta terminantia istam lineam distant ab auge equantis. i. a puncto quem in ecliptica tangit linea transiens per augem equãtis gradibus. xc. hincinde secundum istam figuram



¶ Licet insufficienter in plano possit figurari ista sectio. Et super ista linea moueatur motu accessus et recessus superficies eccentrici. secundum eam proportionem ad motum epicicli que tangitur in textu. Sciendum est etiam quod cum epiciclus egreditur ab altero nodorum qui sunt i predicta linea: illam partem deferentis in qua est siue sit superior siue inferior trahit versus septentrionez si sit epiciclus veneris: aut versus austrum: si sit mercurij. Maxima autẽ deuiatio in hoc est centro epicicli existenti in auge deferentis vel opposito. Et sic patz littera: et ymaginatio ex h. s.
¶ Deinde vero infert quattuor correlaria. dicẽs

¶ Unde patz quod sicut nunquam centrum etc.

¶ Patẽt autem omnia ex dictis preter vltimũ ibi propter dictas: pro quo nota quod magister in correlario isto supponit duo. s. quod ab vno motore sit tantum vnus motus. et quod vnum celeste corpus habeat tm̃ vnum motorem. Que licet non sint forte necessaria quia forte vn⁹ angelus põe ad diuersa mouere sumpta vt vnũ. et sine dubio duo angeli possunt idem corpus mouere diuersimode immediate: cum hoc possint mediante alio corpore vt patebit in. 8. sphera que a tribus habet. 3. motus: tamen sic esse est probabile et cõcessum a phylosophis. Stantibus enim his si deferens habeat duos motus. s. longitudinis et latitudinis et primus videtur ei esse proprius et per se cõueniens. et consequẽter extiens a proprio motore: reliquus erit per accidens et ab aliquo corpore. ¶ Postquam autem declarauit deuiationem. vult declarare inclinationem que est augis epicicli respectu superficiei plane deferentis: sicut deuiatio est augis eccentrici siue deferentis respectu superficiei plane ecliptice, Differunt

tamen extrema deuiationis et inclinationis. Nam termini deuiationis sunt aux ꝛ oppositum augis dum in eis est epiciclus: inclinationis autem sunt nodi draconum ab auge distantes per quadruplicem circuli partem:

Deinde vero cum dicit.

Sed superficies epicicli plana ꝛc.

¶ Pro quo nota ꝙ dicitur iste motus esse super diametro epicicli eunte per longitudines medias ab auge vera epicicli equi distantes: ita ꝙ iste axis in centro epicicli facit angulos rectos hincinde cum linea augis vere epicicli. In fine autem huius partis infertur vnum correlarium: cuius ratio est maxima distātia extremorum diuisa vt supra proxime dictum est.

Deinde vero cum dicit.

Secundo: autem mouetur superfi. ꝛc.

¶ Declarat reflexionem circa quam duo facit primo. s. id quod dictum est: ꝛ secūdo elicit tria correlaria ordine quodam ibi. Manifestum est igitur ¶ Circa primum notandum est ꝙ sicut inclinationis de qua supra dictum est poli erant medie longitudines epicicli ꝛ periferia transibat per augem ꝛ appositum ita huiusmodi reflectionis que ei opponitur poli. sunt aux ꝛ oppositum ꝛ superficies plana est ꝑ longitudines medias. Igitur epiciclus tres habet motus. s. primum circularem ꝛ duos trepidationis. Et secundo ꝙ quando superficies epicicli ꝛ deferentis est vna. tunc diameter epicicli transiens per longitudines medias non declinat a superficie deferen: eū sit i supficie plana epicicli sꝫ epiciclo reflexo ꝑ motū reflexiōis stē supficies plana epicicli secat planā deferētis: ita eā secat ꝛ diameter epicicli incidēdo ꝛ secādo lineā lōgitudinis medie deferentis sub se positam. Et tertio ꝙ illa pars superficiei epicicli dr̄ esse post augē in successionem signoꝝ: que est post augem qñ ab occidente procedit numeratio: ꝛ ista est que est ad orientem augis. Et quarto ꝙ cum dicit magister in sectione ante augem deferentis contra successionem signoꝝ gradibus. xc. li contra potest cum duobus teneri. s. cum li ante augem ꝛ li gradibus. Et prim⁹ sensus est falsus: quia sequitur ꝙ iste sectio in orientalis. ꝛ pñr cum ab ea ad augem equantis dicatur in textu moueri epiciclus moueretur motu deferentis ad occidentem. Tenetur ergo cum li gradibus: ꝛ est sensus. Cum centrum epicicli fuerit in sectione occidentali qua deferens secat equantem que sectio precedit augem equantis gradibus xc. numerando contra successionem signorum: idest ab oriente in occidentem: ita ꝙ ab auge ad sectionem sunt grad. xc. tunc reflectio est nulla. Et vltimo sciendum est ꝙ sicut extrema vel termini deuiatiōis erant aux ꝛ oppositū augis eccentrici dum ibi erat epiciclus: ita extrema reflectionis sunt aux ꝛ oppositum augis equantis que sunt puncta immobilia sicut et equans immobilis est.

¶ Deinde vero infert auctor tria correlaria. Et primum infert dicens.

Manifestum est igitur in loco def. ꝛc.

¶ Pro quo nota ꝙ declinatio nulla in auge ec-centrici vel equantis existente ibi epiciclo: ꝛ tamen in nullo puncto est maxima reflexio.


¶ Deinde infert secundum dicens.

Deuiationes itaqꝫ ab ecliptica: dec. ꝛc

¶ Pro quo scito ꝙ b. computari ab a. est a. esse principiū vnde incipit computatio hmōi autem est ecliptica respectu deuiatiōis: qꝛ dum austrū est in superficie ecliptice nō deuiat: ꝛ deinde ab ea recedens incipit deuiare: ꝛ eadem accedens incipit redire a deuiatione. Et deferēs respectu inclinationis: ꝛ reflexionis similiter rōne opposita. ¶ Tertiū correlariū illaturus se assumit quoddam dictum dicens.

Cum autem maxima contingit ref. ꝛc.

Theorica latitudinum.



¶ Pro quo describe epiciclum cū duplici diametro. s. augis ꝛ oppositi ꝛ mediarum longitudinū sit. In reflexione igit: vn⁹ diameter reflectitur ḃm longitudinem. alius autem est super quem fit reflectio. ꝛ tunc habet reflexionē axis quia super eo fit iste motus. Sed indeclinatione est econuerso. quia diameter declinās est diameter augis ꝛ oppositi: super quem fit declinatio est diameter longitudinuꝫ mediarum. vnde vnus fit axis in motu alterius ꝛ econuerso.



¶ Dicit vero magister extremitatem diametri que reflectitur habere reflexionem. i. latitudinem minorem q̄ multe partes circunferentie epicicli: quod intelligitur computando eam in circulo magno latitudinis planetarum iuxta prius dicta. ¶ Deinde vero elicit ipsum correlarium dicens.

Sicut itaqꝫ declinationis ꝛ epicicli. ꝛc.

¶ Patet autem totum ex dictis: sed pro opinione que tangitur in fine huius. Nota ea que dicta sunt in simili circa medium presentis lectionis. Quia enim epiciclum tribus motibus moveri per se non convenit: ponunt isti quasdam spherulas epiciclum continentes ad quarum motum reducuntur sepe dicte inclinationes ⁊ reflectiones epicicli.


De motu. viii. sphere.

¶ Postquam vero magister egit de planetis singulis seorsum ⁊ de omnibus aut pluribus simul: iam incipit de octaua sphera pertractare vt gradatim a manifestioribus procedat. Diuiditur autem pars ista i partes duas: quia primo agit de octaua sphera secundum suam ⁊ communiter approbatum astronomorum opinionem: ⁊ secundo secundum opinionem alienam. i. Thebith. ibi. (Thebith. vero.) Circa primum: primo assignat motus eius; ⁊ secundo declarat terminos tabularum ibi (Medius motus.) Circa primum primo assignat tres motus eius sphere. Deinde elicit quedam correlaria ex dictis ibi (huic itaque) Circa primum primo assignat tres dictos mot⁹.

Octaue vero sphere ad cui⁹ motum ⁊c.

¶ Pro quo sciendum primo ꝙ zodiacus ymaginatur esse in primo mobili. ⁊ nona ⁊ octaua sphera: sic ꝙ in primo instanti creationis earum fuerunt signa sub signis ⁊ gradus sub gradib⁹: idest primus gradus. octaue sub primo none. ⁊ ille sub primo decime siue primi mobilis. Sed zodiac⁹ primi mobilis dicitur immobilis: quia non mouetur motu longitudinis secundum successionem signorum super polis zodiaci: licet moueatur super polis mundi motu diurno. zodiacus vero none est mobilis: quia suus motus est proprius secundum longitudinem zodiaci: et signorum successionem. Similiter autem ⁊ zodiacus. viii. mouetur ad motum zodiaci none. Et quia eadem velocitate secundum istum motum mouetur octau. ⁊. ix. ideo motus. viii. describitur per arcum zodiaci primi mobilis: quia zodiacus. viii. de zodiaco. ix. nihil pertransit. Est etiam sciendum secundo: ꝙ ⁊ tertius motus dicitur trepidationis: per quandam similitudinem ad trepidationem: qui non mouetur regulariter per semitam vnam: sed modo huc modo illuc flectitur. Ista e[ti]am iste motus non est super vno centro. ⁊ secundum vsum circulum velocissime motum: et super duobus polis immobilibus per se: sed est super duobus qui continue mouentur etiam cessante omni alterius corporis motu. Et vna pars huius sphere eleuatur et alia deprimitur continue. Pro hoc autem motu ymaginando: qui rudior est ymaginetur primo duos circulos diuisos per duo puncta opposita: puta vnum diuisum per a. ⁊ b. alium vero per c. ⁊ d. ⁊ sint a. ⁊ c. ex vna parte circulorum b. vero ⁊ d. ex alia. Deinde ymaginemur baculum alligatum a. ⁊ d. punctis secundum istam figuram.

¶ Et voluentur isti circuli ambo versus eandem partem regulariter ⁊ eque velociter. Manifestum est enim ꝙ a. aliquando erit vbi erat



b. ⁊ econuerso ⁊c. vbi erat d. ⁊ econuerso. Et consequenter pars baculi que prius erat eleuata deprimetur ⁊ depressa eleuabitur secundum figuram.

¶ Et sic voluendo illos circulos ille baculus secundum duas extremitates designabit duos circulos. Post hec vero ymaginetur quis ꝙ ille baculus sit. axis vnius sphere secundum istam figuram.




¶ Et isto modo sphe. illa motu proprio mouetur.

Deinde vero cum dicit.


Et fit super duos circulos paruos ⁊c.

Assignatis tribus motibus predictis: insistit circa tertium declarandum qui est ei proprius. Et primo ipsum declarat. (Deinde vero respondet tacite obiectioni vel dubitationi ibi. (Quamcunque autem.

Theorica motus. viii. sphere



¶ Pro ymaginanda vero doctoris sententia. Sciendum est vt su[pr]a dictum est: ꝙ zodiacus none ⁊ octaue: equaliter mouentur. Accipiamus ergo vnum punctum: viz. in ecliptica in capite arietis none ⁊ vnum aliud h. in capite libre: ⁊ inter ista trahatur linea recta ipsa autem linea erit diameter. ix. vel axis. Et intelligatur iste axis stare immobilis. Deinde sub predictis duobus accipiamus duo alia puncta in capite arietis ⁊ libre. viii. sub g quidem. i. et sub h. accipiamus k. secundum istam figuram.



Deinde intelligatur i sub g describere circulũ. Et similiter k supra h. isti duo circuli transibũt p pncipia arietis & libre. ix. Sunt autẽ cũ his intelligamus. q quedam linea sit inter k & i sp ad ipsa duo pũcta terminata: ipsa rotabitur circa lineam h. g. mõ se eleuando ex vna pte & ex alia descendẽdo: modo econuerso sm istam figuram.



Igitur. 8. sphera cui⁹ est ista axis mouetur super illis duobus circulis trepidãdo & semp ecliptica. ix. secabit eclipticã. 8. in capitibus cãcri & capricorni. ix. diametraliter oppositis. Pro hoc autẽ ymaginãdo ymaginet qs zodiacũ. ix. & viij. eo modo stare quo sunt pducti: tunc aũt superficies circularis ecliptice terminata ad eclipticã ix. eadẽ erit superficiei. 8. ecliptice. & in hac erit ipsa linea ecliptica. 8. directe sub ecliptica. ix. Si ergo aliquis. punctus ecliptice. 8. declinata a superficie ecliptice vel ab ecliptica. ix. statim opz superficiem a superficie declinare: quia si conferentie secãt se: circuli non possunt se non secare. Igitur qn primum punctum. i. declinat a g. vel k. ab h. statim superficies ecliptice vnus secat aliam. Et quia sunt circuli maiores & contentrici secant se super equalia. Ergo secant se in capitibus cancri & capricorni: quia ista sunt puncta equaliter ab ariete & libra distantia secundũ istam figuram.




Cetera que in hac parte dicuntur sunt clara

Deinde vero cum dicit.

Quamq3 autem hoc motu pdicta. &c.

Magister remouet quãdam dubitationẽ & duo facit: qr pmo eã remouet. & secũdo infert vnum correlariũ ibi. (Cõtingit itaq3.) Est aũt dubitatio ista vtrum ois punctus signatus in. 8. sphera circulariter mouetur sicut duo predicta. Pro quo nota q si loquamur de punctis signabilibus i tali corpore infinita sunt que circulos describũt: qr ex quo suis axis sm extremitates suas describit circulos excepto qcunq3 punct⁹ signetur in eo describit circlos. vno q est in medio ita tñ q qnto sunt ab extremitatibus remotiores tãto describãt minores sm istam figuram.



Si vero loquamur de actu signatis p ymaginationẽ: nullus talis pter illa duo describit circulos: qr in linea recta pter illos nõ est alt⁹ nisi q est in medio sup quẽ axis mouetur & est imobilis & duo poli de qbus dicetur. infra in linea aũt circulari tot sunt quot incisiones circulorum vel circunferẽtiarum puta eclipticarũ vel eqnoctialiũ & hmõi. Et hmõi nõ faciunt circulos quo ad incisiões circulorum maiorum qr cũ circuli maiores i sphera secent seipsos per equalia semp puncta incisionũ erũt in eadẽ linea cum cẽtro illi⁹ sphere qd nõ mouetur. Et ideo per istum motũ trepidationis illa nõ mouẽtur circulariter. sicut nec illud cẽtrum qr aliqñ esset altiora aliqñ depssiora & pñt hoc centrũ eleuaretur & depmeretur. Possũt tñ circulariter moueri sm alium motũ trepidationis. De incisionib⁹ aũt circulorum paruorum nõ loqtur magister: qr de illis nõ fecerat mentionẽ de hys aũt quõ moueãtur: qlsq3 potest ex dictis ymaginationes formare: ego vero ad alia necessiora festino. ymaginatio vero eorum que hic dicit auctor: de capitib⁹ cãcri & capricorni: sic formari põt. Sciẽdum est enĩ q con⁹ proprie est summitas vel acumen galearum cui criste vel plume infiguntur: sed transumitur ad figuras: & cõi noie omnis angul⁹ triãguli dr conus: sed vsitat⁹ est angulus quem duo latera triãguli longiora. 3. & equalia inuicem constituunt: vel latera piramidis sm istam figurã

conus



Figura igitur conoidalis est pdictus triangul⁹: sed quasi conoidalis est figura: vt ita dicã monãgularis que licet in lineis rectis nõ sit dabilis sicut nec diangularis tamen datur in curuis sicut est hic




Igitur caput cãcri. 8. circa caput cancri none describit duas tales figuras hinc & inde: ita q caput cancri none est cõmunis conus. duarum talium figurarum. vt in hac figura patet.




Et similiter suo modo de capite capricorni dicendum est. Causa vero huius descriptionis est motus capitis arietis. 8. circularis circa caput arietis. ix. Et similiter motus capitis libre modo suo pro cuius declaratione: quia in hoc est ymaginatio fortis: oportet multa loqui. Igitur sint due circunferentie circulares concentrice. & in eadẽ superficie designate: cuiusmodi sunt duo ecliptice. ix. & viij. sphere & trahãtur duo diametri secãtes se in earum centro ad ãgulos rectos: & tangentes maiorem in quatuor pũctis que sunt a/b/c/d/ & minorẽ similiter in qtuor q


sunt e f.g.h. Igitur a. et c. sunt in eadē linea ita q̄ e. esto secte sbā. vt pz in hac figura.



Igit circūferētia minor dupli moueri pōt. s. sm lōgitudinē. i. non recedēdo nec declinando a dicta supficie: sz tēdendo in ea ad orientem vel ad occidētē: et sm latitudinē. i. declinādo a dicta superficie. Et quidez si mouetur primo nō necessario e recedit a b a. et sil' f recedit ab ipso b. et sic de aliis punctis: sz tamē nō declinabunt hec puncta a dicta supficie sicut nec linea in qua sunt. Si aūt moueatur scdo mō precise ita q̄ diameter. f. h. sit q̄ dilatatur super reliquo. i. g. c. tunc f recedit ab ipso b. et h. ab ipso d. sed tamen e. nō erit necesse recedere ab ipso a. qr nō est necesse moueri diametrū super quo fit motus: sicut videm' in sphera materiali: q̄ orizon pōt ad placitum a meridiano vel coluro declinare non variato puncto sue incidentie vel intersionis. Si aūt mouetur vtroq̄ modo. i. motu mixto ex latitudine et longitudine. necesse erit omnia puncta perdere puncta sibi correspondētia. ratione motus lōgitudinis: et perdere ipsam superficiem. ratione motus latitudinis: et hoc stante idemptitate cētri: quia cum necessario se diuidant semper per equales partes quātum f. appropinquat a ratione motus sm longitudinē tantum oportebit e. remoueri a puncto in quo a secabit circunferentia minorem intelligentur igitur f. et b. esse capita arietum. viij. et. ix. sphere. d. vero et h. capita librarum: a vero et e. capita cancrorum. necnon c. et g. capita capricornorum. Quibus premissis iterum circulus quem describit caput arietis. viij. circa caput arietis. ix. diuidatur similiter per duos diametros: facientes quattuor angulos rectos a cētro eius et terminentur ad quattuor puncta in circunferentia sive que sunt. l. m. n. o. ita q̄ l. sit caput arietis. ix. hanc figuram



185 Eadē puncta:eccentri centrum:pariter et poli:ad octaui globi motū:sufficierum circun= ferentias planiciei eclyptice paralellas descri= bunt.

186 Deferens saturniū epicycliū:super prop= um centrum irregulare cōperitur:itidem z epi= cyclium circa propium.

187 Circulus saturni eccentrus a plana ecly= ptice superficie:inequaliter dispescitur: maiorē ad apogij partem portionem reliquens.

188 Saturnij epicyclij centrū quāto vicinius apogio:tanto segnius:z quanto opposito:tan= to concitatius fertur.

189 Apogia verum et medium saturnalis epi cyclij continuo:euariantur.

190 Ocior est saturnij epicyclij motus : dum per summam deferentis partem ; tardior dum fertur per imam·

191 A media solis z saturni coniunctione ad vicine sequentem:semel reuoluitur saturnium epicyclium.

192 In omni solis z saturni media coniūctio ne:saturnij sideris centrum in medio epicyclij apogio consistit.z in omni oppositione media:i medij apogij opposito.

193 Saturnij sideris cētz:tot ptib⁹ z scrupul ab apogio epicyclij medio distare cōperit quot z medioz ei⁹ z solis motuum linee : distiterint.

194 Fit igitur vt medio saturni motu a solis medio subducto:medium saturni argumentum reliquum fiat. Et quanto epicyclij centrum tar dius ambit/tanto epicyclium velocius feratur et contra.

195 Medius saturni motus motui sideris in epicyclio adiectus:medio solis motui in parti= bus z minutijs equalis euadit

196 Centro saturnij epicyclij in apogij z in pe= rigij punctis constituto: apogiorū mediiq z ve ri epicyclij linee:nullo secundum longum distīi= guntur interuallo.at medijs in longitudinibus maxime.

197 Et equatio centri tum signiferi tum epi cyclij in apogijs nulla:in medijs autem longi= tudinibus:maxima.

198 Medio saturni centro hemicyclū non trā scendente:ipsum vero maius est:z medius epi= cyclij motus:maior eius vero Quare tunc eq= tio centri in signifero a medio centro et medio epicyclij motu(vt centrū verum z verus epicy clij motus relinquantur)subducenda.

199 At medio centro parte circuli dimidia au ctiore:vtrūq medium vincitur a vero/z eisdē equatio adijcienda.

200 Vt eqtio cētri in signifero ad totū signi= ferū:ita equatio centri in epicyclio ad totū epicy cliū.z habita vna ;habetur z reliqua.

201 Dum saturnalis equatio centri in signife ro a medio centro subducitur:equatio centri in epicyclio:medio argumento(quo verum habea tur)adijcitur. Et cum illa adijcitur z hec vice cō mutata subducitur.


202 Cētro saturnij sideris in apogio vero epi cyclij aut in nota opposita ↄstituto:eqtio argu= menti nulla est. maxima vero in nota contact⁹ epicyclij z linee a mundi centro profecte:epicy= clij quidem centro in sui deferentis perigio col= locato.

203 Vero saturni argumento:hemicyclo con tractiore:linea veri sideris motus:lineam veri motus epicyclij antecedit:z equatio argumen= ti ꝓo motui epicyclij(vt ver⁹ sideris mot⁹ hēat adijciēda:dum autem hemicyclio amplius ex= creuerit:subducenda.

204 Saturnij epicyclij centro in sui deferētis perigio collocato/singule:argumentorum equa tiones:singulis apogij equationibus illas respi cientibus maiores sunt:in longitudinib⁹ autē medijs:mediocres.

205 Linea veri mot⁹ saturnalis epicyclij. oīa remotiora saturni minuta proportionalis infra deferentis ambitum coercet. in longitudinibus autem medijs omnia tenet supra. in medijs apo

gij et medie longitudinis intercapedinibus: que da supra: quedam infra continet.
206 Eadem veti motus epicyclij saturni linea in longitudine media: omnia propiora infra deferentis ambitum arcet: in perigio excludit vniuersa. in intercapedinibus medijs quedã intra et quedam admittit extra.
207 Argumentorum equationes in numerorum calculis annotate: ee sunt que saturnij epicyclij centro medijs in longitudinibus constituto contingunt.
208 Epicyclij autem saturnalis centro extra mediã deferentis longitudinem constituto: per centrum verum minuta proportionalia: et per argumentum verũ diametri diuersitas agnoscit
209 Cuius pars proportionalis: equationi argumenti adijcienda: si propior fuerit si remotior subducenda: enascetur quod ad talẽ epicyclij situ argumenti equatio vera.



De Iouiali globo. Capi. xiii

Iouis vt saturni / tres sunt particulares orbes: et epicyclum. 210
Orbis iouiũ epicyclũ deferẽs super circuli equantis centrum regulari progressu secundum signorum seriem naturali quaque die quina pauxillulo minus scrupula conficit. Cetera vt in saturno diffinienda. 211
m. 2.
4. 59.

De pyroetis martioque globo. Capi. xv

Martis vt saturni: tres sunt particulares orbes: et epicyclium. 212
Orbis martium deferens epicyclum: super sui equantis centrum equo regularique incessu ad signiferi seriem singulo quoque naturali die partis dimidiũ et paulominus sesquiminuto iugiter absoluit. Cetera: vt in saturno disserãtur. 213
m. 2. 3.
31. 26. 28

De phosphori venerisque globo. cap. xvi.

Veneris vt triũ supiorum: tres sunt particulares orbes: et epicyclium. 214
Orbis: veneris epicyclũ deferentis duo sunt motus. Primus in longum: quo sup equantis cẽtrũ scd'm signorũ cõsequentiã singulo quoque die quãtũ et sol medio suo motu regulariter incedit. Axis et poli huius motus interdũ accedunt et interdũ recedunt ab axe polisque signiferi. 215
216 Secundus motus in latũ quo veneris epicyclum flectitur deuiatque in arcton.
217 Veneret sideris epicyclũ vt saturniũ: superne secundũ signorum seriem: inferne contra successum in vndeuiginti ferme mensium interuallo vnam circũuolutionem complet.
218 Apogij et perigij veneris puncta: sub eisdẽ signiferi locis: sub quibus et ea que sunt solis cõstanter repeniuntur.
219 Fit igit' vt apogio in secũda significatiõe reperto: idem veneris inuentum sit.
220 Veneris apogiũ eclypticam ptransit: nũc in septẽtrionẽ: nunc in austrum puagatum.
221 Linea medij motus veneris: ea in signiferi parte scd'm longitudinem: in qua et solaris medij motus linea: terminatur.
222 Unde fit vt solis medio motu reperto: et medius veneris motus repertus sit.
223 Fit rursus vt pmino solis: venerisque media sit piũctio. Cetera vt i saturno discutienda.

De stilbontis mercurialisque globo. Ca. xvii.

Mercurij quinque sunt particulares orbes et epicyclium. Suprem' et infim' deferentes equãtis apogij perigijque puncta appellant. Duo pximi illis adiacẽtes: inequalis crassitudinis: deferentes puncta apogij et perigij eccentri. Illorum medius cuius est equa crassitudo / orbis eccentrus mercuriale deferens epicyclium nominatur. 224
225 Supremus et infimus homocẽtri secũdũ suas superficies extremas: eccẽtri aũt secundũ reliquas: idem eccentricitatis sue centrũ habentes tantum ab equãtis centro: quãtum equãtis centrũ a mundi centro distãs: motu octaui globi ferũt. Axis et poli hui' mot': octaue sphere.
226 Orbes fastigiorũ puncta eccentri deferẽtes: secundũ extremas superficies centrũ deferẽtiũ equantis fastigiorũ puncta habent: secundũ reliquas mobile mercuriale deferentis epicycliũ centrum: circa deferentiũ equantis absidas centrum: circulum paruum describens.
227 Et mouent equo: regularique tenore sup parui circuli centrum contra signiferi successum tanto tempore: quanto et solis medij motus linea (partem tamen in oppositam) reuolutionem vnam complentes.
228 Axis huius motus p parui circuli centrũ eraiectus: interdũ a signiferi axe et poli a polis equidistant et interdum vatium distantie discrimen sortiuntur.
229 Ad horum orbium motum centrũ: mercuriale epicyclium deferentis: paruum illũ circulum regulariter describit.
230 Parui circuli semidiametrus tãta e: quãta centri equantis a mũdi cẽtro distãtia. Trãsit igit' pui circuli circũferẽtia p equãtis cẽtrũ: estque eq̃tis centrũ iter pui circuli cẽtrũ: et cẽtrũ mundi
231 Apogiũ aũt ipsm deferẽtis eccẽtri circulatidez nõ explet / sz continue sub signiferi arcu a duab' lineis a mũdi cẽtro ad signiferũ porrectis circulũ pũũ ptigẽtib' apphenso: ad cẽtri deferẽ mo tum ascẽdendo descẽdendoque voluitur.

232 Orbis: mercuriale deferentis epicyclium duo sunt motus. Primus in lõgum/quo super equantis centrum: secundum signorum consequentiam naturali quaqз die quãtũ solis medij mot⁹ linea regulariter incedit. m. 2. 3. 59. 8 r9.

233 Huius motus axis per deferentis centrū emissus secundum se totum mobilis est: cuius poli ad signiferi polos nunc accedunt: nunc vero eminus absistunt.

234 Secundus ĩ latum: quo mercuriale epicycliũ flectitur/deuiatqз in austrum.

235 Mercurialis epicyclij itidem duo sunt motus. Primus in longum: quo in superna quidẽ sui parte signorum seriem sequens: inferne autem in aduersum nitens: quadrimestrem ferme circumuolutionem vnam explet.

236 Secundo motu in latum nunc inclinatur: nunc reflectitur in boream. nunc idem sustinet in austrum.

237 Linea medij motus mercurij a mundi cẽtro ad signiferum extenta: linee ab equatis centro ad epicyclij cẽtrũ producte parallella est.

238 Minuta mercurij proportiõalis remotiora: sunt excessus maxime mercurialis epicyclij centri a mundi centro remotionis a mediocri/ in sexaginta diuisus.

239 Minuta propiora: sunt excessus mediocris eiusdem epicyclij centri a mundi centro remotionis a minima itidem in sexagita diuisus

240 Maxima mercurialis epicyclij centri a mundi centro remotio: est in equantis: apogio.

241 Mediocris: dum ab eodem distat fastigio: sextante circuli: z partibus sexquiquartie. Minima vero dum a fastigio circuli triente distiterit. S. g. m. 2. 4. 30.

242 Utraqз diametri diuersitas: facile intelligitur. Signa 4.

243 Orbis mercurialis. Deferens fastigiorũ equantis: puncta. Deferens fastigiorum puncta accentri. Deferens mercurialis sideris epicyclium. Mercurialis circulus eccentrus. Circulus equãs. Circulus epicyclus. Apogiũ mercurialis equantis. Perigiũ equantis. Apogiũ eccentri. Perigium eccentri. Mercurij longitudo remotior. Longitudo propior. Longitudo media. Medium mercurialis epicyclij apogiũ. Uerum epicyclij apogiũ. Mercuriale epicycliũ. Medius mercurij motus. Uerus mercurij motus. Axes. Poli. Centrum mercurij medium. Centrum verum. Argumentũ in epicyclio medium. Argumentum verũ. Equatio mercurialis centri in epicyclio. Equatio in signifero. Eq̃ argumenti. Minuta mercurij proportionalia. Remotiora. Propiora. Diuersitas diametri. Remotior. Propior. Mercurialis draco. Caput Cauda.

244 Mercurialis epicyclij centrum: bis anne: deferentes circuli eccentri summũ imumqз fastigiorum puncta conficit.

245 Quoties mercurialis epicyclij centrum in summo deferentis fastigio apogioqз collocatur: a mundi centro quãtũ potest remotissimũ subiectum consimile despicit equatis apogium z epicyclium in summo equantis fastigio esse df

246 Centro mercurialis epicyclij hunc in modum constito: deferentis centrum a mundi centro q̃ equantis centrum triplo distat: z a cẽtro equantis duplo: estqз in summo parui circuli fastigio.

247 A summo parui circuli loco centrum deferentis pariter et deferentis apogij punct⁹ occidentẽ versus emoueri incipiunt ad deferentiũ fastigiorum puncta eccentri motum: quoad ab eo loco: triẽte circũferẽtie pui circuli distiterint appropinquabitqз sensim deferẽtis cẽtrũ mũdi centro/ z interim epicyclij centrum ad orientez emotum: ab sũmi sui equantis fastigio pariter triente distabit. Signa. 4

248 Deferentis centrum hunc in modum distans: est in contactu linee: a mundi centro paruum circulum contingendo ad deferentis circũferentiam emisse, cuius extremitas tunc apogij deferentis situm cõmonstrat: estqз tum deferentis apogium ab equantis apogio ad occiduas partes: quãtum auocari potest semotissimum: z in hoc quoqз situ mercurialis epicyclij centrũ quãtum potest mundi centro q̃ proximum.

249 Ab huiusmodi contactus puncto deferentis centrum sextante circunferẽtie parui circuli mouebitur ad equantis centrum: z tunc deferentis z equantis centrum: vnum sunt: z circulus deferens z equans (cũ sint equales: vnus.

250 Quo tempore deferentis centrum ab ipso contactu ad equantis centrum mouetur: summum deferentis fastigium ad equantis consimile fastigium relabitur: z epicyclij centrum pariter sui circuli sextantem describens: ad equantis peruenit perigium.

251 Rursum deferentis centrum ab equantis centro ad orientis contactum sextante dimouetur: z epicyclij centrum ab equantis perigio sextante ad occidentem: vbi iterum fit centro mundi quoad potest q̃ proximum. apogium autem deferentis in linee contactus extremitate quãtum etiam potest ex orientis parte ab equãtis apogio discedens.

252 A contactu exortiuo deferentis centrum triente circunferentie parui circuli decurso ad summum eius euadit fastigium. z tunc rursus mercurialis epicyclij centrum z deferentis sũmum fastigium/simul in primo summi equantis fastigij situ restituuntur. Ex his: que sequũtur facile cognoscimus.

253 Mercurialis epicyclij centrum tametsi deferentes circuli eccentri apogij eiusqз oppositi puncta/absoluat: solũ tamen interim semel ĩ sũmo sui deferentis fastigio comperiri.

254 Cum mercurialis epicyclij centrum mundi centro fuerit q̃ proximum: neqз in opposito deferentis apogij puncto: neqз in linea per mundi centrum ducta circulum paruum contingente: consistere

255 Tantum semel in anno deferentis centrũ cum equantis centro: vnum ideqз esse: alio quisq a mũdi centro q̃ equãtis centrũ distãtqз eẽ

256 Quo mercurialis epicyclij cẽtrum sũmo equantis fastigio vicinius: eo concitati⁹: et quo eius opposito: eo segnius moueri.

857 Quamuis epicycli cẽtrum tantum semel in anno a mundi centro absistat remotissimum bis tamen fieri quo ad potest proximum: et nihilominus tantum semel in apogii opposito esse.



258 Mercurialis epicycli centro extra fastigia constituto: perigii deferentis notam nunc inter epicycli centrum et equantis perigium volui ac reuolui ad terminum et a termino linee contactus exortiui: et nunc partem in alteram modo consimili equantis enim apogium semper epicycli centro vbiuis alibi constituto / centri epicycli et summi fastigii deferẽtis fit medium: at deferentis perigium: centri epicycli et equantis perigii medium.

259 Ut apogii deferentis nota: certos vtrinque custodit limites vltra quos ab editissimo equãtis culmine fastigioque discedere nunquam valet: ita suis limitibus imum deferentis fastigium ab imi equantis fastigii discessu arcet: et motus apogii summique fastigii arcum maiorem esse.

260 Motum apogiique deferentis motu note opposite velociorem esse: et summam absida: apogiique notam ab occiduo limite ad orientalem velocius recurrere: imã vero contra ab orientali ad occiduum velocius.

261 Quanquam mercurialis epicycli centrum in deferentis puncto a mundi centro remotissimo et dum remotissimus est esse contingit: nunquam tamen dum propinquissimus est: in puncto propinquissimo esse.

Centrum epicycli mercurii: non circunferentiã deferentis circularem: sed que formam potius exprimat oualem describere.

262 Medius mercurii et solis motus: semper vnus et idem sunt.

263 Equationes argumentorum mercurii in numerorum supputationibus annorate: epicycli centro in mediocri a centro mundi remotione consistente: contingunt.

264 Quia minuta proportionalia in luna a summi fastigii nota ad imũ continuo minuũtur in saturno: ioue / marte: et venere a summo fastigio non continuo in imũ: sed in mediam longitudinem remotiora imminuuntur minuta: et a media longitudine pari modo minuta propiora in imũ fastigium. in mercurio vero remotiora a summo fastigio in mediocrem a mundi centro contrahũtur remotionem et propiora a mediocris remotionis puncto iterum ad maxime accessionis contrahuntur pũctum a quo rursus ad absidis imũ punctum aliquãtũ augescunt: ideo minuta proportionalia ĩ luna simpliciter: in saturno: ioue: marte et venere dupliciter: in mercurio vero tripliciter: sese habere dicuntur.

¶ Primi libri astronomici theorici corporum celestium Finis.

Astronomici Theorici corporum celestium liber secundus.

Secundus Theoricarum corporū celestium liber hec prosequitur.

Desideriam pgressiōe	Diuersitate aspectus.
Regressione	Latitudine visa.
Statione	De deliquio
De augmento	Digitis
Imminumento	Diametro
Ortu	Minutis
Occasu	De declinatione
De coniunctione	Latitudine
Oppositione	Deuiatione
Aspectu	Inclinatione
De loco	Reflexione

De progressione: regressione et statiōe stellarum vagarum. Capi. primū

Planeta progrediens dicit: quando veri motus linea secundū signorum seriem procedit. Regrediēs autem dum contra seriem.

2 Statiōari⁹: cū medij mot⁹ linea stare videt.

3 Statio prima: est epicyclij nota in qua dum fuerit sidus: regredi occipit.

4 Statio prima in secunda significatione: est arcus epicyclij apogiū eius verū stationisq; prime notam interiacens.

5 Statio secunda est epicyclij insectilis nota: a qua sidus progredi incipit.

6 Statio secunda in secunda significatione: arcus est epicyclij apogium verum & huiusmodi notam p primā stationē sumpt⁹ interiacens.

7 Arcus progressiōis: est arc⁹ epicyclij a prime stationis nota per epicyclij apogium in secūde notam desumptus.

8 Arcus regressionis: a stationis prime nota p perigium in stationis secunde notā: desinitur.

9 Stationum linee determinant a mundi centro prodeuntes ex vtraq; oriētis videlȝ & occiduali parte circulum epicyclū contingentes.

10 Puncta illa in eodem deferētis situ: ab apogij veri opposito equidistant.

11 Quanto epicyclij centrum vicinius imo deferentis fastigio insiterit: tanto regressionis arcus minor.

12 Quanto epicyclū maius: tāto pgressiōis arcus maior: & regressionis minor.

13 Quo motus argumenti sideris a stationis scd̄e nota tardior: eo siderȝ pgressio diuturnior

14 Qȝ si id a statione prima contingerit/sideris identidem regressio tardior.


15 Subducto stationis prime arcu toto circulo: stationis secunde arcus reliquus fit.

16 Subducto regressionis prime arcu ab arcu secunde: relinquitur regressionis arcus.

17 Subducto regressionis arcu a circulo: hoc est a partibus sexagenis & trecentis progressionis arcus residuus fit.

18 Omnib⁹ (dempto sole: lunaq;) vagis sideribus: pgressio/regressio: stationesq; congruunt.

diagrāma et pro



stationum gressionum

De citis: tardis: eois et occiduis cap. ii.

19 Clox: auctūq; cursu sidus dicitur: cuȝ secundum signorū ꝯsiam velocȝ⁹ fertur

20 Tardum vero: imīnutūq; cursu: quoties veri motus linea ꝙ medij tardi⁹ aut contra signorum consequentiam mouetur.

21 Auctū numero: cū argumenti equatio medio motui adijcitur

22 Imminutum numero cū ea subducitur.

23 Auctū lumine: cū ipsi⁹ & solis fit abscessio

24 Imminutū lumine: cū ipsorum fit acessio

25 Orientale & matutinū: cū orit ante solem.

26 Occiduū se vesptinū: cū occūbit post solē

27 Exoriens matutine: cū solis radios egrediens: matutini fit conspicuum.

28 Exoriens vespertine: cum solis radiorum egressu: vesperi conspicitur.

29 Occidens matutine: cum solarium radiorum ingressu: mane desinit videri.

30 Occidens vespertine: cum ob eorūdem ingressum: desinit sero videri.

31 Omnibus planetis/augeri minuiq; cursu: & numero conuenit.

32 Itidem & omnib⁹ (sole dempto) augeri: minuiq; lumine

33 Scematismi/figurationesq; lune cum augetur lumine sunt: corniculans diuidua: pretumida plena. Et eedē cum iminuitur lumine: ordine quidem immutato lume sunt figuratiōes: donec intermenstrua silensq; fuerit.

34 Ceteris preter solem cōmune est: interdū exorientes & matutinos esse interdū vero occiduales & vespertinos

35 Luna mercuriusq; atq; venus p vices exoriunt occumbuntq; matutine & vespertine.

De coitu oppositione sexangulis quadrangulis et triquetris. Capi. iii.

36 Media planetaȝ cōiūctio: fit quoties ipsorum mediorum motuum linee eadē in signiferi pte & minuto scd̄m longum inueniuntur.

37 Et media eorū oppositio/cū oppositis in locis hemicyclo distiterint.

38 Coniūctio vera: cū ipsorum verorum motuum linee simili pacto iuncte sunt.

39 Oppositio vera: cum ille verorum motuū lineę/hemicycli dispescuntur interuallo
40 Coniunctio tum visibilis dicitur: cum lineę a videntis oculo per duum siderum centra procedentes eędem sunt.
41 Oppositio visibilis: dum illę lineę in locis fuerint oppositis.
42 Aspectus planetarum sunt: hexagonus/tetragonus/trigonus: adiungunt oppositum.
43 Hexagonus aspectus: est cum circuli eclyptici sextante/eorum vera loca desiterint.
44 Tetragonus: cum eclypticę quadrante.
45 Trigonus: cum eclypticę triente.
46 Oppositus: cum hemicyclo.
47 Dexter aspectus is appellatur: qui ex signorum sequela sumitur.
48 Sinister vero: qui e regione/ contraqȝ signorum sequelam aspicit.
49 Luna a coniunctione: nunc citius/nunc serius redditur conspicua.
50 Causę: finitoris et signiferi decliuitas/lunę latitudo/ velocitas eius/aut tarditas.
51 Frequenti vsu euenit vt vera piūctio mediā pcedat: et cōtra vt media freqnter verā āticipet
52 Persepe item visibilem coniunctionem: nunc veram sequi/nunc eandem precedere.

53 Cum hexagonus aspectus signa sit duo: et quod aspicit sit vnum/tetragonus tria sit signa triquetrus signa sit quattuor/ oppositus vero signa sit sex: fit	
	1 quod aspicit
	2 hexagonus
	3 tetragonus
	4 triquetrus
	6 oppositus

vt hexagonus ad id aspicit harmoniam retinere arbitretur diapason. tetragonus ad hexagonum diapente. trigonus ad tetragonum diatessaron. et idem quoqȝ ad id quod aspicit disdiapason. oppositus autem ad triquetrum diapente/ ad tetragonum diapason / ad hexagonum diapason diapente/ad id quod aspicit bisdiapason diapente.

De loco et diuersitate aspectus. Cap. iiii.

Verus sideris locus: punctus est firmamenti lineam a mundi centro per sideris centrum traiectam terminans. 54
55 Locus visus atqȝ apparēs qui per lineam ab oculo per sideris centrū traiectam definit.
56 Diuersitas aspectus stellę. est arcus circuli magni per finitoris polos et stellę verū locum trāseuntis. stellę loco vero/ visoqȝ interceptus.
57 Diuersitas aspectus stellę in longum: est arcus eclypticę duobus magnis circulis/ quorum vterqȝ per polos eclypticę/ et alt per verū stellę locum/ alter vero p locum visum transit interceptus
58 Diuersitas in latum: arcus itidem magni circuli est per eclypticę polos et locum stellę verum transeuntis/ duobus circulis eclypticę equidistantibus/quorum vnus per locum stellę verū/ et alter p locū visū trāsit/ inueniēs medius
59 Lunę ad solem aspectus diuersitas: est diuersitatis aspectus lunę ad solis diuersitatis aspectum/secundum longum excessus.
60 Latitudo lunę visa: est arcus circuli magni per eclypticę polos et locū lunę visum transeuntis: eclyptica/ circuloqȝ illi equidistante et per locum lunę visum transeunte contentus.
61 Quo stella centro mundi/circuloqȝ finitori vicinior: eo q̄ȝ diuersitas aspect9 illi9 maior
62 Quod inter circulos magnos per polos eclypticę et locum stellę verum et apparentem transeuntes de equidistantibus eclypticę circulis intercipitur: diuersitati aspectus secundum longum assimilatur. estqȝ diuersitas aspectus similis quadrantalis figurę diagono: cuius latera/ diuersitates aspectus in longum ac in latum existunt.
63 Si vera luminarium coniunctio inter horoscopum et partem ab horoscopo nonagesimā constiterit: visibilis cōiunctio veram antecedit
64 In parte ab horoscopo nonagesima (quę mensurantium/hypergeūqȝ dicitur) si contigerit coniunctio vera et visibilis simul accidunt.
65 Si occasum inter et mēsurantiū/ mediumqȝ celū acciderit: vera cōiunctio visibilē āticipat.

De deliquijs Cap. v.

Deliquium lunare: quoddam particulare est/ in quo solum lunę pars atrescit. 66
Quoddam vniuersale: cum tota fit furua. Quod si tota atrescit/ et id aliquanto tempore duret: deliquium vniuersale cum mora dicitur. Sin vero euanide et momētanee tota atrescit. deliqū vle sine mora. 67
68 Cū sol nūqȝ in omni terre plaga totus obscuret: non eius prius ǝuenit deliquiū vniuersale
69 Digiti deliquij/eclypseosqȝ: dicuntur vncię diametri corporis deliquium patientis
70 Minuta casus in deliquio lunari: sunt minuta signiferi que interim luna conficit solem superando a principio ad medium particularis aut vniuersalis deliquij sine mora/ vel a principio vniuersalis cum mora ad totius obscurationis initium.
71 Minuta morę dimidię: sunt minuta signiferi que luna a totius obscurationis initio ad medium/solem superando conficit.
72 Minuta casus in deliquio solari: sunt que a principio eclypseos ad medium vsqȝ sole superato vltra ipsum luna peragit

73 Solis (eo in apogio sui eccentri constituto) visualis diametrus/ vnius et triginta minutorum chorda est: in perigio autem quaternorum et tricenorum.	m 31 apogium 34 perigium
74 Semper que ratio quinarij ad sexaginta sex: ea horarij motus solis ad suam dimetientem	5 66

75 Lunę in sui eccentri et epicyclij summo fastigio visualis diametrus vndetriginta minutorum chorda est. At in sui eccentri summo fastigio et epicyclij imo: senorum tricenorum

76 Continuo que ratio quadragintaocto ad quadragintaseptem. ea est motus lunę horarij ad suam diametrum.	m 29 36
77 Fit igitur vt quopiam	48 47

in loco solis deliquium possit esse vniuersale: non aūt ob diuersitatē aspectus/ vniuersę terre

78 Dum sol in summo sui eccentri collocatur fastigio. diametrus vmbre 13. 5 in loco transitus lune ad diametrum lune visualem dupla supertripartiens quintas reperitur:

79 Excessus huiusmodi diametri dum sol sui eccentri summam retinet absida summumq; eccentri fastigium ⁊ dum alibi constituitur. duplus est ad differentiam horarioꝝ motuum/ dum sol in abside sua sūma: ⁊ illo alio in loco ē.

80 Si minuta more aut minuta casus per horariam superationem lune partiantur: tempus quo ea conficit proueniet

¶ De declinatione ⁊ latitudine. Cap. vj.

Declinatio stelle: est eius ab 81 equatore interstitiū / interuallum q; / ac distantia in circulo qui per mundi cardines / ⁊ verum stelle locum transit supputata.

82 Latitudo vero stelle: interstitiū ab eclyptica in circulo qui per polos eclyptice ⁊ verū stelle locum transit supputatum.

83 Sol declinationem hꝫ: non hꝫ latitudinē.

84 Omnium planetarum declinatio est

85 Lune simplex latitudo ē: Saturni/ Iouis Martis duplex. Veneris ⁊ Mercurij triplex.

86 Circulus eccentrus deferentia epicyclum lune: planam semper eclyptice superficiem super mundi dimetiente secat/ vnam eius partem ad boream/ ⁊ alteram ad notum linquens. estq; hec intercapedinis circunferentie circuli eccentri lune ad eclypticam distantia/ modo (qui dictus iam est) desumpta: lune latitudo.

87 Maxima latitudinis/ lune quantitas: semper inuariabilis/ eademq; manet semp estq; vtrim q; partes quinq;. Ea pars que vergit in boream bores septentrionalis/ arcticaq; dicitur. ad que vergit in notum: notia/ meridionalis / austria/ antarcticaq;.

	gra
	5

88 Cum lunaris epicyclij centrum in nodo capitis fuerit vsq; dum luna in vmbilicum draconis delata sit: septentrionalis ascendens dicitur. ab vmbilico vero ad caude nodum: septētrionalis descendens.

89 A cauda ad vmbilicum austrinum: meridionalis ascendens. Ab vmbilico ad capitis nodum: meridionalis prona atq; descendēs.

Vmbilicus draconis: punctus in meditullio capitis ⁊ caude. ⁊ est punctus maxime ab eclyptica latitudinis.

90 Circulus lunaris epicyclus: nunq̄ a plana circuli deferentis superficie egreditur.

91 Fit igitur vt luna ob deflexionem videlicet sui circuli deferentis vna ex parte in boreā et altera in notum: vnam dumtaxat: vnoq; modo ab eclyptica sentiat latitudinem.

92 Latitudo lune: per latitudinis lune verum argumentum dinoscitur.

93 Verum latitudinis lune argumentum; est arcus signiferi a linea veri motus capitis ad veri motus lune lineam secundum signorum consequentiam supputatus.

94 Igitur vero capitis motu dum minor est a vero lune motu deducto / aut dum maior est

lero lune motui aggregato: verum latitudinis lune prodibit argumentum

¶ De chrono/ saturnoq; Cap. vij

Saturni circulus eccentrus ab 95 eclyptica (vt in luna) in partes oppositas deuergit: maxima semper intercapedinis quantitate inuariabili manente.

96 Apogium deferētis saturni: semper in parte que in boream decliuis est/ reperitur/ medium flexionis vmbilicum secundum successionem partes quinquagenas preueniēs gra. 50

97 Epiciclium saturni in latum ab eius vo apogio mouetur. huius motus axis per epicyclij centrum ad medias epicyclij longitudines traijcitur.

98 Cum epicyclij centrum in alterutro nodorum fuerit: eius ad vera apogium et perigium diameter in plana circuli eccentri superficie recte iacet ⁊ epicyclij superficies in eclyptice planicie.

99 Centro epicyclij a nodo soluente: verarum huiusmodi diameter absidum sensim a plana circuli deferētis superficie eminus secedit: quo ad epicyclij centrum ad vmbilicum nodis inter medium perueniat.

100 Ab vmbilico sensim ad eccentri superficiem relabitur: dum in altero nodorum fuerit.

101 Ab altero rursus nodo eadem diametrus a deferentis planicie vt prius secedit ⁊ a puncto nodorum medio/ ad primum vsq; nodum continuo fit deferentis superficiei vicinior

102 In hoc quoq; motu dum epicyclij centrū a capitis nodo dimouetur: hemycicluim perigij flectitur in boream/ ⁊ apogij pars in notū.

103 A nodo vero caude/ contra: hemycicluim inferius in notum / ⁊ superius flectitur in boream. Patet ergo saturnum duplicem seruare latitudinem.

104 Maxima saturni latitudo terris partibus ⁊ decimaquinta partis vnius diffinitur.

gra.	mi.
3	4

105 Axis motus in latum saturnalis epicyclij. quoties epicyclij centrum extra nodos iacet planiciei eclyptice equidistat.

106 Axis autem motus in longum epicyclij: quandoq; axi eclyptice equidistabit/ quandoq; non. at axi deferentis equidistabit nunq̄

107 Superficies epicicliij: nunq̄ cum circuli deferentis superficie iacet in rectum / neq; illi vnq̄ equidistat.

108 Dum saturnus in superiore sui epicyclij parte fertur/ centro quidem epicyclij extra nodos existente: a duabus superficiebus circuli: videlicet eccentri et eclyptica / medius intercipitur.

109 Dum in inferiore hemicyclio fertur: remotior ab eclyptica q̄ deferentis superficies comperitur.

110 Apogium epicyclij verum non semper linee/ que per mundi ⁊ epicyclij centra traijcitur/ extremitas est: apte tamen per eam determinari ponitur. ⁊ ita de medio apogio dicendum

111 Apogium epicyclij verum continuo est in superficie plana/ ad equos angulos circuli defe

rentis superficiem in veri apogū linea secante.
112 Et apogiū epicycliȷ mediū in cōsimili plana supficie/circlꝫ deferētē i mediȷ lineꝫ apogiȷ
113 Centra deferentis ⁊ equantis sa (secāte turni. ab eclyptice planicie declinant
114 Latitudines saturni q̄ in numeris annotantur: cētro epicycliȷ in vmbilico nodorum deferentis existente / contingunt.

De Joue. Cap. viii

Jupiter latitudinē habet ex deferentis flexione ⁊ apogiȷ veri linee inclinatione / vt saturnus 115
Umbilicus nodoꝝ ad boreā/sūma deferētis absidē apogiȷqꝫ notam scd̄m signoꝝ sequelā partibus vicenis preuenit 116 gra. 20
117 Maxima martis latitudo ad boreā: partes due ⁊ minuta octo. Reliqua vt in saturno. gra. 2 mi. 8

De Marte. Cap. ix.

Mars mō cōsimili: duplicē suo iure sibi vendicat latitudinem. 118
Apogiȷ nota defrentis martiȷ sideris nodoꝝ ad septentrionē vmbilicum. maximā ea in pte deferētis seruat latitudinem 119 gra. 4 mi. 21 gra 7 mi. 30
120 Maxima martis latitudo ad boreā ptes quattuor ⁊ minuta vnū ⁊ viginti/ad notū vero ptes septē ⁊ minuta tricena. Reliq̄ vt in saturno diffiniātur.

De Uenere Ca. x

Venus trifariā latitudinē habet primā deuiationis/secundam inclinationis/⁊ tertiam reflexionis. 121
122 Circuli veneris eccentri in boream ⁊ austrum deflexio: deuiatio dicitur
123 Inclinatio est linee p epicycliȷ veras apogiȷ perigiȷqꝫ notas eūtis/q̄ ⁊ veri apogiȷ eiusqꝫ oppositi diameter dcta est/ a circuli deferentis supficie in alterutrā partē abscessio
124 Reflexio/linee p medias epicycliȷ lōgitudines traiecte/q̄ ⁊ mediaꝝ lōgitudinū diameter dr̄/a circuli deferētis planicie in alterutrā ptē circa veroꝝ apogiȷ ⁊ perigiȷ diametrum itidem abscessio
125 Supficies deferētis veneris epicycliū sup mūdi cētro/nūc i boreā nūc deflectit i notuꝫ
136 Axis hui⁹ motus p nodos traiicit polos habens ab equantis apogio ptes nonagenas distantes g. 90
127 Cētra veneris epicycliȷ in alterutro nodorum collocato: nulla deferētis deuiatio est.
128 A nodo discedēte: pars quā veneris epicycliū intrat: i boreā ptim flectit/deuiatqꝫ quoad ad alterutrius nodoꝝ vmbilicum pueniat. vbi dū cōstiterit/circuli deferētis veneris epicycliū/maxima flexio/ deuiatioqꝫ est/⁊ est scrupula decem mi. 10
129 Soluente epicycliȷ centro ab equātis vmbilico. deuiationis error sensim minuitur donec epicycliȷ cētrum ad alterū nodoꝝ perductū sit/ vbi nulla deferentis ab eclyptica flexio est.
130 A quo nodoꝝ (vt ⁊ prius) pars ea quā veneris epicycliū intrat/ deuieat in boreā quoad in alteꝝ peruētum sit vmbilicū/ vñ cōtinuo cū deuiationis decremēto relabet in priorem nodū Et hinc veneris p̄ma sumitur latitudo. Nunc de secunda.
131 Ueneris epicycliȷ cētro in equātis apogio cōstituto: veraꝝ absidū diameter in deferentis planicie iacet/nusq̄ꝫ inflexa/ inclinataqꝫ.
132 Epicycliȷ cētro ab equātis apogio digrediente/hmōi diameter a deferētis planicie flectitur: inclinaturqꝫ apogiū epicycliȷ veꝝ in arcton/⁊ eius oppositum in notum.
133 Hec ab eo loco incliatio cōtinuo maior efficitur/ dum epicycliȷ cētrum ad caude nodum perductum sit: vbi maxima hmōi inclinationis latitudo contingit.
134 Et est cauda draconis veneris: is intersectionis nodus a quo equātis apogiū nonaginta partibus scd̄m signoꝝ consequentiam distat. Caput autē: nota opposita/idem apogiū nonaginta partib⁹ ex serie preueniēs gra. 90
135 Discedente ab huiusce nodo epicycliȷ veneris cētro: flexionis inclinatio cōtinuo minor relinq̄tur/dū epicycliȷ centrū ad equātis puenerit perigiū. quo in loco rursum superficies epicycliȷ superficiei deferentis adiuncta: nullam sustinet inclinationem.
136 Ab equantis perigio eo cētro dimoto: hemicycliū superi⁹/summaqꝫ absidum vera mō q̄ dictus iā est inclinatur in austrū/⁊ absis ima in arcton/dum ad nodū capitis epicycliȷ centrum platum sit: vbi maxima latitudinis inclinatio cōtingit/⁊ vñ cōtinuo dū in sūma aquātis abside restituat: cōtractior fit. Et hec secunda veneris latitudo. Nunc de tertia.
137 Diameter epicicliȷ veneris: p medias latitudines trāsmissa a deferentis planicie nūc in boreā/nūc flectitur in austrū. Et hic a deferentis planicie flexus: reflexio nūcupata est. Axis huius mot⁹: epicycliȷ veraꝝ absidum diameter
138 Ueneris epicycliȷ centro in nodo capitis cōstituto: diameter latitudinū in deferētis planicie iacet/nullaqꝫ reflexionis/ latitudo est
139 Cētro epicycliȷ a capitis nodo sū mā pri⁹ equātis absida/apogiūqꝫ discedente: diametri para leua reflectitur in boreā / pars aūt dextra in austrū/dum epicycliȷ centrū in equantis abside summa restituatur: vbi maxima reflexionis latitudo contingit
140 Pars diametri mediaꝝ latitudinū leua: est pars orientalis ⁊ q̄ scd̄m successionē sūmam epicycliȷ sequtur absidem. dextra vero: illi ex adverso collocata.
141 Discedente epicycliȷ centro ab equantis absidis sūme nota reflexio continue decrescit/ cōtrahiturqꝫ dum in nodū caude perlatum sit: vbi rursus reflexio nulla.
142 A nodo caude mediaꝝ latitudinum diametri reflexio ex leua cōtinue crescit in austruꝫ dū epicycliȷ cētrum in ima equātis abside collocet. A qua denuo cōtrahitur donec in anabibazonte capitisqꝫ nodo recipiatur. hec tertia veneris latitudo.
143 Centrum epicycliȷ veneris nūq̄ deuiat ad meridiem
144 Motus cētri epicycliȷ veneris in deferēte ⁊ de nota ad eādē notā deuiationis reditio

sese simul absoluunt/expediuntq̃
145 Quotiẽs maxima deferẽtis deuiatio cõiungit: nulla inclinationis latitudo cõperitur
146 Et cũ maxima inclinatio: nulla reflexio icõ igit. & vbi reflexio maxia: illic ĩclīatio nulla
147 Deuiatiõis eclyptica: inclinatiões & reflexiones a deferẽtis planicie dimetiuntur
148 Extremitas mediarum lõgitudinũ diametri in sua maxima reflexione q̃ plereq̃ partium inter ipsam & apogij oppositam contentarum/ minus reflectitur.
149 Epicycli circunferentie punctus quem linea a mundi centro profecta eiusmodi contingens extremitatem tangit: maxime pre ceteris reflexionis punctus est.
150 Ut mediarum lõgitudinũ diameter/motus inclinatiõis axis est: ita vices rependens verarum absidũ diameter/motus reflexiõis axis
151 Non igitur vt in superioribus oportet mediarum longitudinum diametrum/inclinationisq̃ axem continuo cum extra nodos fuerit: eclyptice equidistare.
152 Nunq̃ veneris epicycli superficies: in deferentis planicie ex equo iacet.
153 ¶ De Mercurio Cap. xi.

Ercurij vt veneris triplex e latitudo
154 Id interest. nã quod in deuiatione/inclinatione/ & reflexiõe in venere flectitur ad arcton: in mercurio cõsilibus ex locis cõuertit ad notũ.
155 Sit igitur vt mercurialis epicycli centrũ nunq̃ deciet ad arcton mi.
156 Maxima mercurij deuiatio quina 45 & quadragena scrupula. Cetera veneree latitudini sunt analoga.

¶ Secundi Astronomici Theorici corporum celestium/ Finis

¶ Orontij Fine Briansoriani: Ebredunensis diocesis: ad Astronomie cultores: Carmen.

Omniuagos superum poscis quicunq̃ meatus
H umani: aut vasti pondera nosse globi.
Ocius hunc (facili reserat nam: dogmata soluens
N odosa antiquum: singula marte, petas.
Tarda volutantes discernens corpora ciclos
I ndicat: eccentrũ: seu que homocentra tenent.
Ut nocturna viam Phebe ingrediatur opacam:
S igniferi linquant sydera quae que gradus.
Florea diuinam cernes per ruramathesim:
I ngenio prestans que Geometra colit.
Hunc igitur clarum (polles qui mente) volumen
E xiguo: voluas: quod datur ere: Uale.

¶ Eiusdem ad Lectorem Obliquum.

Bile tuum maceras cur pectus liuide fusca:
R odis & altiloquum stemmata clara virũ
Intestina (precor) desistas vrere flammis
A ssiduis: tãdem comprime corda ferox;
Nam tua vipereos cõuincunt toxica morsus:
S anari haud possunt vulnera quae que facis.
Occidis alterius factis inimice secundis:
N emo (scio) quamuis noscere te cupiat.
Excute mordaces spumanti e gutture rictus;
N ec studeas quemquam ledere lingua procax.
Splendicat horrenti quicquid nigrare veneno
I nsidiose putas: lederis ipse tamen.

Distichon.

Si petis hoc mendis quis terserit, arte figuris
Hinc decorarit opus: prima elementa dabunt.
F I N I S.·.

¶ Errata insigniora que ex officina prodiere/hec sunt.

¶ Codice A.

Folio.2 col.3.linea vltiã.corporis/lege corporib⁹ col.4.l.8 scia in le.sciam.co.ea.li.añ peñ. determiãdo.le.determinãdo ¶ Fol.3.co.1 li.3. lunã le.lune.li 17.pcedere le.pcedẽdo.col 2.l. 15.ipse vndecũq; nũeratio.le.vt ipse vndecunq; numerationẽ.li.peñ.satur.mercu.le.satur.supp.co.3.li 29.q̄ le.q̄d. ¶ Fo 4 col.1 li.27.rol le oz.col.2.li.60.cũ le.ꝯmẽ.col 4.li.19 in fig̃. pone b.loco h.ppe centrũ eccẽ. ¶ Fo.6.col 4 circa finẽ linee.46.pncipio le.p̃mo. ¶ Fol.7. col.2 li.12.non se le.nam. ¶ Fol.8 col.2.li.14. singlare le.singule.li.22.mota le.motus.col.4. li 14.qñ le. qñq;.

¶ Codice B.

¶ Fol.9.col.1.li.16.temoro.le.remot⁹.co.3.in fig̃.vlti.loco g.f.ꝛ ꝯtra situabis. ¶ Fol.10. co. 2 ab h. cẽtro eccẽ.ad k. punctũ trahe.lineã. Et fig̃.q̄ i 1.c.in 2. ꝛ ꝯtra venit situãda ¶ Fo 11 c. 1.li.2.imagiri le.imaginari.col 4 li.peñ.equocatio le.eq̄no Fol.12.co.4.li.42 a ꝛ b.ꝛ.le a b ꝛ e f.ibid oppõni le.oppoñi. ¶ Fo.13.col.4.li. 13 pfundati le..pfunditati.

¶ Codice C.

¶ Fol.16.col.4.in fig̃.loco g.pone d.ꝛ contra tuo g.quoq; pone b.vt sit linea a e g b ¶ Fo.17 col.2.li.18 50.le. 10.

Codice D. Fol. 25.col.1.li.22 mercurio le.mercurius.col.4.li. viii.ax le.axes.Fol 26 col 2.corrige fig̃. iuxta lrãm.

¶ Codice E. Fol 28.col.2 li.vlt. relinq̄ntem le.relinquer.col 3.corrige fig̃.iuxta lrãm col.ead.li 4.arcus.a i ꝛ d k.le.arcus a i ꝛ a k.c.4 li.2 h.k g h le.b k g h.li.3 a k g.le.a k g h.li.4.g k g h.le.b k g h. ¶ Fol.30.col.3.ab.m pũcto ad.l.i fig̃ duc lineã. Et linea illi imediate p̃suppositra tollar. Fol.31.col 4. in supiori pte diãetri fig̃.pone d in iferiori.c.

¶ Cod F. Fo.34 col.3.descẽde a vsq; ad punctũ intermediũ h.ꝛ f. Fol.35 co.2 pone e in extremitate li. b f. Fol.37.col.4.li. 49.ege le.esse. Fo.38. col.2.corrige figura iuxta litterã

¶ Co.G Fol.39.col.3.li.16.eam le.quam. Fol.42.col 1. li 25.circa lege.cita. Fol.43.colona.4 li.40. eclipticam le.eclipsatam. Fol. 44.col 3 li.7. vicin lege viciniozis.

¶ Codice H. Fol.45.col.1.li.42.orbinis le.orbiũ.col 2 li.1. q̄si.le.quasi.c.ea.lin 19.mereri le.metiri. Fol. 47.col 4.corrige figurã iuxta lrãm vel cõtra

¶ Codice I. Fol.51.col.1.li.7.varietas lege variatas. Fol.53.col.3.li 5.q̄ aut le.q̄ aliq̃. Fol. ꝛ col.eid li.39.gradu ꝛ lege gradu vno ꝛ.

¶ Codice K Fol.57.col 4.li 35.perfecte le perficere. Fol 62 col.3.li.8.ꝯtiguatur le.cõtiguatur.li.10.sic facies.

¶ Codice L Fol 63.col.1.li.37.liccẽtrici.le.ly eccentrici.li. sequenti cum parte 29.derente le.deferente.co.2. li 2.sub figura. eclip⁹ce le.eccentrici li.34 cum parte.35.ymanationem.le.ymaginatiõ .Fol. 64.col.1 l.22 pũcto.le.punctoꝝ. Fol 66.col 1. li.39 signorum successionem le.cõtra signorum successionem.

¶ Codice. M. Fol 69 co 4.i fig̃.corrige nũeros linee inferioris idest loco 01 pone 10 ꝛ sic ꝯsĩr. Fol 37 .col.3.li.añoc ultima.deferẽtes q̄.le.deferens qui. Fo.74 col.2.li 47.p̃mo le.pncipio.col.4.li.3 lunam lege nulla

¶ Codice. N Fol.75.c.2. li.17.in lege sut.col. 4.adde o ꝛ 1 p̃me figure ꝛ f ꝛ c d e iuxta lrãm ¶ Fol.76 co.1.li.4 t agis le.augis.co.4.li.16 accidit.le.acedit li.penul. arculais le.arcuatis. Fol.77.col2 li.1.tertiũ le.termini. Fol.78 col.4.li.1 ꝯiũctio.le. cõiunctiones. Fol.79 col.2.li.2.sup le sunt. Fol.8.col 3 li 11 decimare lege declini.

¶ Codice O Fol 81.col 1.li.45. in. le.sit co.3 li 43.vsum le.vllum. Fol.82.col.1 li.7 Sũt. le.Similiter.col.3 li.2.sbã le.sub a. col.4 li 22 alis le.axis li.sequẽti super moueretur le.super quo moue ꝛc. Fol 83 col.1.li.9.centrũ le.cerñ Fol.84.numero 29.li.8 diomeoꝝ le. dioacoꝝ

¶ Cod. P. Fol.88.co 3.li.5.incidit.le. incedit co 4 1.3.cõstito le.cõstituto. ¶ Jtẽ equatis p equãtis sepe reptes. Fo.89.col.3 nũero.3. occipit lege incipit. Fol.90.co.4.li.1.lero le.vero

¶ Fo.91.c.2.li.peñ.venera le.veneris. Fo.eo. latere.2.in p̃mo carte omnulagoa le. oliuagos.

¶ Hos studiose lector errores: tanq̃ notabiliores: annotauimus. Supersunt aliquot erroculi: ex huius artis impressorie(vt plerunq; fit) labilitate prouenientes: quos vnusquisq; (quia sententiam non mutant) semidoctus haud difficulter castigabit.

.·. F I N I S .·.

a/b/c/d/e/f/g/h/i/k/l/m/ n/o/ p.omnes sunt terni a excepto q̄ quaternari⁹ est.

¶ Absolutũ est hoc insigne ꝛ saneq; vtile op⁹: Nuper vigilantissime emendatu Necnon figuris: iuxta scientie exigentiam : accuratissime illustratum: in alma Parrhisiorum Academia (sed nusquam antea) solertia: ꝛ caracteribus Michaelis Lesclẽcher/ artis formularie industrij opificis.

.·. Sũptibus vero honestoꝝ Bibliopolaꝝ Johãnis Parui ꝛ Reginaldi Chauderon (apud quos venales habẽtur) Anno Christi omnium Redemptoris.1515. Sole Capricorni.19.gradum occupante. .·.

Laus Jesu

¶ Marcessit sine aduersario virtus.